SOMNIATOR

Siuè

IOSEPH

TRAGOEDIA

HABITA

A nobilissimis Romani Seminarij Conuictoribus.

AVCTORE

LEONE SANCTIO

SOCIETATIS IESV.

Accessit Italicus Prologus cantu pariter & chorea datus.

Incerto Autore.

ROMAE, Typis Hæredum Corbelletti 1648

SVPERIORVM PERMISSV.

NOBILISSIMIS

ADOLESCENTIBVS
ROMANI SEMINARII
Conuictoribus.

FRANCISCVS ROSINVS F.

QVEM vos, nobilissimi adolescentes, breuem in aspectum fugaci oculorum, & aurium voluptate, vsurpãdum alijs dedistis, illum ego Iosephũ stabili animorum contemplatione tractandum reddere vobis debui in theatro æ-

ternitatis; vt quo in ſolo Dramatis huius ſelicitas primas egit ſtirpes ad gloriam, in eo regerminaret ad fructum etiam ſapientiæ, ac probitatis. In quo profectò ſimilem exitum ſortiti videntur & viuus olim Ioſeph in terris, & nunc autoris ſtylo, veſtroque geſtu rediuiuus in ſcenis. quemadmodum enim altum ille in puteum demiſſus, ita captiuus eductus eſt,

vt

vt consequutus tandem fuerit imperium, dum perijsse maximè crederetur; ità hic literis expressus Ioseph altis obliuionis tenebris inuoluẽdus, extrahitur, vinctus quidem, sed aureis vestræ beneficentiæ catenis in lucem, vt factorum suorũ exemplo spirans adhuc in animis, imperet vestris moribus suauissima imitatione virtutum. quæ sane vir-

tutum tractatio, ſicut illum ad ægyptios annulos, & ſtolas, & torques euexit, ità vos ad Romanas infulas, purpuras, laureas, tergeminaſque thiaras adducet, quibus inſignitas tot maiorum veſtrorum imagines glorioſo in ſtemmate ad æmulationẽ conſeruatis.

AR-

ARGVMENTVM.

POST quam filij Iacob ob Dinam eorum sororē à Rege Sychem, extortis per nefas nuptijs, acceptam, Regem ipsum, & Sychemium populum vniuersum ex vulnere circumcisionis impotentem perfida internecione deleuissent, vrbe, ac regione omni direpta: Mytrane Rex in Syria, cui cognatione sanguinis, & amoris proximo, Regnum illud debebatur, cum, timore Cananæis regibus diuinitus iniecto, apertam bello vindictam sumere non auderet:

implorata ope Deorum, quibus addictus per summum Sacerdotium erat, impetrat à Baal, quem Iouem aliqui putant, Typhonem malum inuidiæ Dæmonem; hic permittente Deo ob crudelem illam perfidiam; aggressus permiscere Iacobi genus vniuersum, Iosepho summopere à Patre dilecto mortem illaturus erat, nisi prohibuisset conatum Michael posterorum Abrahæ Tutela.

Sed ad euertendam Abrahami gentem vtebatur Mytrane opera cuiusdam Rufi veteratoris Cananæi, qui se in familiam Iacobi insinuauerat, religione etiam per simulationem suscepta. Huic Mytrane mittebat sigilla

gilla, quæ magicis excãtata carminibus malos genios in actũ dabãt varios in vſus, pro cõuentione facta cum mago. Atq. hæc videntur eſſe ex eo genere Idolorum, quæ nomine alienorum Deorum appellata, cum ſuperſtitioſis inauribus, infodiſſe ſubter Terebintum Iacobus fertur in ſacris.

Magicis ergo teſſeris Rufus diſtributis in aliquos ex germanis Ioſephi, vrget facinus ducibus Symeone, & Leui, oſtenſis expictis inuidioſis ſomnijs Ioſephi; tum vero conuictus fraudis à Rubeno, & Iuda Ioſephi necem arcentibus, pœnas daturus, à carnifice ſpoliatur: Verum renudato ſinu chirographum pa-

tuit, quo Iacob parens adamato Ioſepho coemerat prædiũ, & puteum Sychar, quibus recuperandis, Iudas paterni facti neſcius operam ea die dederat euentu fœlici. Ea re Iudas permotus ire in ſententiam reliquorum fratrum cœpit, ſed eò tenus; vt externas in oras Ioſephus amandaretur: venditus igitur eſt Iſmaelitis mercatoribus inſcio Rubeno, qui eum ſeruatum reſtituere parenti Iacobo ſatagebat.

Sed Parens deceptus à filijs, dum viſa Ioſephi chlamyde diſcerpta, & cruentata, deuoratum illum credit à feris, in luctum & ſquallorem incidit, in quo pertinaciæ inconſolabili diutiſſimè verſatus eſt.

PER-

PERSONAE.

Mitrane Rex Cananæus, & summus Sacerdos.
Chorus puberum è Schola Chaldæa, & Choriductor.
Symmista, siuè Præfectus sacrorum.

Chorus cantorum	}	terrestrium
Chorus saltatorum	}	aquaticorum
Chorus psallentium	}	aeridum
		igneorum.

Oraculum è statua.
Typhon, Inuidiæ Dæmon.
Iosephus Adolescens.
Acates Præfectus morum Iosephi.
Rufus Cananæus Veterator.
Iacob Paterfamilias.
Cefalus paredrus Dæmon venatorius.
Taratalla paredrus Dæmon popinarius.
Symeon Princeps Sicariorum, &
Rotho eorum dux.
Leuius Princeps Rabularum Lucrionũ, &
Proculeius eorum dux.
Harmonillus Lyrista, & cantor adolescẽs.
Rubenus Princeps sacrorum, & fratrum.

Chorus Baccheuiorum.
Arualis Mysta camporum
Iudas Princeps exercituum, &
Martius eius Dux.
Danus Princeps insidiatorum.
Isaccarus Princeps Pastorum.
Sabulius, siuè Zabulon Princeps nauticorum mercatorum, &
Sergestus eorum Dux.
Gadius Princeps cursorum, ac velitũ, &
Ladas eorum Dux.
Aserius Rex conuiuiorum, corumque
Vitellus Magister.
Nephtalius Princeps Venatorum. &
Actæon eorum Dux.
Tigranes aulicus olim in Regia Sychem.
Gabelus Nuncius Isaaci.
Ludius paredrus Dæmon saltatorius.
Michael Archangelus è nube.
Mercator Ismaelita cum Camelionibus.
Chorus famulorum Iacobi.

ORA-

ORACVLA.

Patriarchæ Iacobi de moribus filiorum, & tribuum ab ipſis deriuatarum, ad quorum imitationem perſonas, earumque ingenia, & comitatus in theatrum damus.

1 RVBEN *primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio, &c.* Propterea Principem illum Sacrorum fecimus; horum enim principatus ad primogenitum ſpectabat; ſed & clementem illum,

lum, pacatum, & beneuolum proponimus.

3 *Symeon, & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia: in consilium eorum non veniat anima mea. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum quia dura, &c.* Horum posteri existimantur fuisse scribæ illi, ac Pharisæi, qui Christum occidendum in primis curauerunt.

Hanc ob causam authores coniurationis in Iosephum constituimus, quorum ille superbus, & crudelis Sicariorum, & Grassatorum amicus, ac Dux; hic iuris procurator iniquus Rabularum Lucrionum patronus inducitur. Horum consilio, ac vi Iosephus ad mortem damnatur, vti postea Christus ab eorum posteris principibus Sacerdotum, & Pharisæis.

4 *Iuda te laudabunt fratres tui: manus*

nus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, Catulus Leonis, Iudas, &c. Ea re Iudā Imperatorem cum ducibus militum inducimus, qui natura magnanimus, atque adeo mitis in imbelles, qualis est puer Ioseph, eum à nece liberat, sed veritus, nè principatum inuaderet, in exteras oras amandat.

5 *Zabulon in littore maris habitabit, & statione nauium pertingens vsque ad Sidonem.* Hunc Sabulium euphoniæ latinæ gratia vocamus, & nauticæ mercaturæ studiosum proponimus.

6 *Issaccar asinus fortis accubans inter terminos: vidit requiem, quod esset bona, & terrā quod optima, &c.* Hunc ideo cum pastorum grege adducimus; agrorum amantem, fugientem rixas, & omne genus molestiarum.

7 *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, &c. iudicabit populum suum,*

ſuum, ſicut & aliæ tribus. Propterea hunc gaudentē inſidiatoribus, & politicis deprauatoribus inducimus facilè acquieſcentem iniquo cōſilio Symeonis ac Leui.

8 *Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipſe accingetur retrorſum*. Hunc cum comitatu velitum, & curſorum, & in moribus verſipellem inducere eſt.

9 *Aſer. pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus*. Hunc idcirco curatorem conuiuij, ſtatuimus, gaudentem gnatonibus, & lurconibus, hominem iucūdum, & ſuauem moribus.

10 *Nephtali ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis*. Hic cum venatoribus inducitur, eloquens & diſertus ad pompam.

11 Filius accreſcens Ioſeph, & decorus, &c. *S'introduce Gioſef in perpetuo accreſcimento di buoni coſtumi, gratia, e vagbezza*.

V IN

VINCENTIVS CARRAFA
SOCIETATIS IESV
Præpositus Generalis.

CVM Tragædiam, cui titulus Somniator, vel Ioseph, P.Leonis Sanctij nostræ Societatis, Sacerdotis, tres eiusdem Societatis Theologi recognouerint,& in lucem edi posse probauerint, facultatem facimus, vt typis mandetur si ijs, ad quos pertinet, ita videbitur, cuius rei gratia has litteras manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas dedimus. Romæ 27. Iunij 1647.

Vincentius Carrafa.

Imprimatur, Si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apost.

Alex. Victricius Episcopus Alatr. Vicesg.

Imprimatur, F. Raymundus Capisuccus Magister,& Reuerendiss. P.M.Fr. Vincentij Candidi Sacri Palatij Apostolici Magistri Socius, Ord. Præd.

Le

PROLOGO
IN CANTO, E BALLO
DEL
IOSEF.

Tragedia recitata da Conuittori del Seminario Romano.

PERSONAGGI.

Gioſef, che dorme.
L'Arcangelo Michael autor del ſogno.
Choro di gentil Fantaſie moſſe dall'Arcangelo.
Choro muto de pianeti, e ſegni: cioè Saturno, Marte, Mercurio, Gioue; Heſpero, Ariete, Gemini, il Leone, la Vergine, il Cancro, il Capricorno, il Sole, e la Luna, quali mouendoſi à tempo di ſuono, e canto fanno l'adoratione à Gioſef.

Compariſce Gioſef giacendo in vn rialto fiorito, attorniato da gentil fantaſie, quale con ventagli, e ſimili moſtreranno luſingare il ſonno, e cacciare l'ombre, e i ſpauenti, che verranno di quando in quando à turbar il ſonno; dall'ima parte di queſto rialto poco doppo vſcirà vn gran Serpe, ò Drago; Demonio dell'Inuidia fraterna, e ſopra verrà l'Angelo.

Che-

Qual giace infra le ſpine aprica roſa,
Tal Cioſeffe ripoſa in grembo à i fiori;
Spirate aure gentil ſuaui odori
Ite nubi: ite venti
Lungi da nobil core ombre, e ſpauenti.

Qui ſi fà vn conflitto à tempo di ſuono trà l'ombre, e le fantaſie: Eſce la Serpe, che ſi ſcuote, e diſquamma.

Archang.

E dorme, ſi, mà ſeco, ahimè, non dorme.
L'inuidia anchor de ſuoi germani infidi.
Deſta nell'altrui ſonno
Sugge toſco dai fior l'empia Ceraſta
Mira, la ſi diſpoglia, odi, la ſiſchia;
Perfida, io ben il tuo linguaggio intendo.
Brama di rinouar con crudo ſcempio
Del giuſto Abel il doloroſo eſempio.
Minaccia incontro à ſemplice innocenza
Dishonorate ſpoglie:
Eſiglio, e ſeruitù, ſpauenti, e doglie.
1 Ma ſi rinoui, e creſca in mal talento
La diſpietata infida:
Spergiura, empia ſaràmon homicida;
Ch'ingegnoſa pietà porgerà ſcudo
Al giouinetto imbelle;
Ne cotanto adirate hauiam le ſtelle.
Voi gentil fantaſie d'amabil ſonno.
In lieta ſchiera vſcite,
Alle ſuenture il primo varco aprite.

1 *S'inalza la Serpe.*

Choro di Fant.

O d'eterne harmonie duce canoro,
Il grado nostro oltre misura honori,
Mentre noi finte larue

Chiamar non sdegni ad illustrare il vero
Dentro l'human pensiero,

Archang.

Con harmonico volo, in Ciel mouete,
E quindi al suon trahete.
Di stellati sembianti aureo drappello.

Choro di Fant.

Noi ti seguiamo, intanto
Dona tu spirto al core, e vita al canto.

Archang con il Choro che lo segue à vicenda.

Voi del notturno Ciel lumi vaganti,
Lumi voi non erranti
Vndici stelle in triplicata schiera
Venite à riuerir inchine, e pronte
Del giouinetto hebreo la nobil fronte.

Archang.

Dilettosa cagione
Di presenti suenture,
Mà sembianza fatal d'alte auuenture.

Parte l'Angelo.

Scendano dal Cielo quattro Pianeti, cioè Saturno, Marte, con Hespero, e Mercurio, come quattro Rè,

cia-

ciascuno con vna stella sopra la cima della sua corona in capo, e con il segno, ò impresa propria dipinta in vno scudo, ò insegna, è vengano à tempo di suono girando, e ballando ad imitatione delle sue proprietà per il palco, quindi adorano, prima Saturno, e poi li altri trè insieme: mentre le Fantasie con vanità più poetica, che astrologica cantano.

All'adoratione di Saturno.

Choro di Fant.

Del gran Saturno ecco il sembiante altero
Pur quì s'inchina, e sembra
Dar in tributo al giouinetto arciero
Desio constante, e monarchal pensiero.

All'adoratione d'Hespero, Marte, e Mercurio.

Choro di Fant.

Hespero fortunato, e Marte il prode,
Cillenio autor di frode
Sembrano offrirle in dono
Mercurio, ingegno, & arte,
Gentilezza, e valor Hespero, e Marte.

Mentre i quattro pianeti si ritirano due di quà, e due di là comparisce Gioue con i suoi quattro paggi.

All'adoratione di Gioue.

Choro di Fant.

Ecco Gioue seren, stella di pace,
Gran genitor d'Heroi
Che sostien per consiglio, e per valore,
Nel reame de cuor scettro d'amore.

Men-

Mentre Gioue con i suoi si ritira, vengano i Gemini con vna larga collana di fiori insieme ricinti, e seco l'Ariete, quelli saranno due piccoli, e questo maggiore.

All'adoratione de Gemini.

Choro di Fant.

De Gemelli stellati
Puro sen, ampio cuor, lingua eloquente
Con gentil gratia, e lealtà constante
Gli rende al fin ogni monarca amante.

All'adoratione dell'Ariete.

Choro di Fant.

China la fronte il cozzatore aurato
E tempestoso fato
Par li minacci; mà real tesoro
Dar gli promette al fin col vello d'oro.

Mentre questi si ritirano, scendano il Leone, la Vergine il Cancro, el Capricorno.

All'adoratione del Leone, e della Verg.

Choro di Fant.

O magnanimi ardori
O verginal candori
Che con vaga tenzone
Temprano Astrea benigna, el fier Leone.

All'adoratione del Cancro, e del Capricorno.

Choro di Fant.

Lento s'inoltra, en dietro ogn'hor si tragge.
Il quarto segno, e Capricorno è lento.
Mà

Mà scettri al fin, hor l'vno, hor l'altro appresta
A tant'honor ogni tardanza è presta.

Ritorna tra tanto l'Archangelo, & in mezzo de gl'altri pianeti, e segni canta.

Archang.

Troppo si tarda homai
Troppo le fantasie
Tentan per molti error tracciar vn Vero
Spunti senz'oriente, e scorra il giorno
Nei campi della notte; e in seno all'ombre,
Al suon di mie parole
Prenda spirto la Luna; e vita il Sole.

Alla comparsa del Sole, e della Luna.

Choro di Fant.

O spettacol gentil, virtù possente,
Far sì che chiaro il giorno
Alla notte le stelle hor non inuole;
E risplenda la Luna in faccia al Sole.

All'adoratione della Luna.

Vn del Choro.

Dimmi, schiera gentil, tra tante stelle,
Qual pianeta esser può colui, che dorme?
Non sò; ben à suoi lumi anchor'che chiusi
Ogni stella vien bruna,
E suo fratello il crede anche la Luna.

Choro di Fant.

Qual miracol fia quello?
La reina dell'ombre, il Rè de lumi
Darangli ancor lo scettro luminoso?
O fanciul glorioso,
Qual delle gratie tue l'alto splendore
Sul meriggio esser vuole,
Se all'Alba tua già si soggetta il Sole,

Archang.

Mà più non mi soggetto à sogni, e larue,
Ad altre cure ne rappella il Cielo.
Tra tanto in terra per Gioseffe il pio
Fia spietato martire,
Imparar che sia morte, e non morire.

L'Archangelo sueglia Gioseffo, & in punto spariscan le Stelle, e Sole, e Luna, restando da i canti le Fantasie; Gioseffe nettandosi li occhi con volto prima allegro, e poi malenchonico, si parte.

Archang.

Quindi con la consorte il Veglio antico
Sepolto pria ch'estinto
Vita trarran dal suo spirto lontani,
Credendol preda di ferino artiglio.
O madre afflitta, ò mesto Padre, ò figlio.

Choro di Fant.

O madre afflitta, ò mesto Padre, ò figlio
O madre, ò Padre, ò figlio.

ACTVS PRIMVS

SCENA PRIMA

Mythrane Rex Cananæus, & Sacerdos summus, Chorus puberum è schola Chaldæa; Choriductor.

Myth. Adest volutus annuo excursu dies
In sole noctes lugubres mundo vehens,
Quo peierata gentium, ac Cœli Fide,
Gens Abrahami profuga, recutitum genus,
Semen vagi Latronis, heu, ferro, ac face
Sychemiorum Principum euertit domum
Nobis propinquam genere, sed amore intimâ:
Quid stabile credas? Regna momento occidunt,
Adulta longis sæculis. Sychen fuit,
1 Cùm Rege natus, Regia, & Regnum fuit:
Chorid. 2 Hora est sacri laboris. Astrorum leuis
Saliua fluxit. tergite oculosque, & manus
Inspectioni Syderum, atque hominum operi.
Chor Tersimus.
Myth. Atroci fraude genialem facem,
Quam non Amorum mater accendit, thori
Prim. in fauilla extinxit Eumenidum furor.
Soboles Iacob, nempe, terrarum Venus,
Ioue digna coniux, Dina, Sychemo Duci
Tradita abolebat mutuum hymenæi probrum,
Iam passa cultrum legis extraneæ, fidem

A Plebs

1 *Accedit Choriductor.* 2 *Alias conuocans.*

Plebs cum Dynastis numini dederat nouo;
Cum fratrum iniqua, barbaro incursu, coho
Symeone fratrum pessimo facti duce,
Dum populus omnis æger ex plaga cubat,
Incumbit Vrbi, mœnia exaequat solo.
Prædaque diues puberum, & raptu nurum;
Regione pessum perdita expleuit Stygem
Tot vastitate funerum, vt totam ferè
Tumularit Asiam, stirpis humanæ indigam;
Sic illi amoris iura genialis colunt;
Hæc studia gentis ad propagandum genus.

Chorid. Iam Gange toto vehitur in terras dies,
Ritu ex vetusto Marti, & Hermeti sacer,
Precare vtrunque Syderum custos cohors.
Fraudi, ac furori Phœbus hodiernus vacet

Chorus. Mars da furorem, Mercuri da fallere.

Myth. 1 At nos, probrosis quæstibus longas die
Traximus in annum. Lata Sichemæ plagæ
Possessa proauis regna, transmissu rato,
Hærere nobis iure populorum omnium
Par erat, at illis scelere fœlici manent:
Sed non manebunt. gentis Abrahitæ nefas
Inhospitale, infame, truculentum, impium
Patiar inultus, vile propudium Ducum?
Cananæa tellus fremere iam dudum meis
Debuerat armis: alta pax regnat tamen;
Nec pace fruimur, anxijs curis fremens
Iras meas triumphat infamis pauor,
Collectus vnde, nescio. extorrem, vagum,
Numero minorem, viribus nondum parem
Sortimur hostem. sponte trepidamus tamen

Sci-

1 *Redeunt post salutatum gladijs Martem & persons Mercurium.*

Scilicet Abrahami nota mens, nota eſt manus,
Cum ſeruulorum fretus exiguo grege
Reges quaternos ex triumphali recens
Palma ſuperbos, vndique inſtructos graui
Equitumque, peditumq; agmine incurſat ferox,
Premit, laceſſit, quaſſat, exturbat, fugat,
Mox diſgregata clade palatos agens,
Nouem ex Tyrannis ſpolia Dux vnus refert,
Atque hæc Tyrones gentis, ac vernæ dabant,
Quid nunc adaucti milite atque opibus ferant?
Aucta Iſraelis creuit immenſum domus,
Animis, & annis floridi, validi manu,
Spolijſque noſtra è cæde direptis palam,
Ramoſa populis capita, duodeni vigent.
Nos quid? Si aperta fronte non audet furor,
Graſſemur aſtu, vindicem in pœnam Deos
Armabo ſummos, infimos, medioxumos
Abſque tonitru, abſque fulgure, innubi die
Tolerare tantum crimen, eſt crimen Iouis.
Igitur per aras ritè conceptis ſacris,
Nunc ſors mihi captanda, ſuſceptæ rei
Fauſtim gerundæ, Syderum ex magno diem
Conſulto adortus, lege Chaldæa, exigam.
Huc ergo amici puberes, Aulæ decus,
Noſtra è palæſtra Syderum docti vias
Ad ſtudi Cœli protinus adeſte.

Chorus. Adſumus.

Myth. Vt cuique veſtrum ſ deris propria obtigit
Cura intuendi: totus in cura ſiet.

Chorus. Curamus omnes.

Myth. 1 Igitur accipite, en micat
Fatale punctum. temporis minutiam

1 *Complodit manus, vel pulſat haſta tellurem.*

1 Tenes?

Chori p. Secundam teneo, post noctis datam
Meridiem.

Myth. Aberrant Fata dissensu graui.
Numerus duorum nempe dissidium est merum.
Addendo, detrahendo summam ducite
Astro cuique.

Chori sec. 2 Summa iam constat, Pater.

Myth. Quod signum in ortu?

Chori ter. 3 Scorpius cauda minax

Myth. Scelus heu minatur fraude truculenta impiũ
Quo vergit hasta Martis?

Chori quar. Incursu truci
Vexat gemellos

Myth. Vexat hoc fratres malum.
Quis regnat alto in vertice?

Chori quint. Vides Aquarium
Stillantem

Chori sex. At vndas parcus exiccat senex
Saturnus.

Myth. Indicatur arescens lacus.
Ignota narras monstra, cui ridet Venus?

Chori sept. Ioui repugnat

Myth. Iuppiter si non iuuat,
Per me Iouem ne dixeris. inundat malum;
Et inundat hosti. Siderum aspirat fauor

Chorid. 4 Præsto Melampus est anhelato itinere.
Simi-

1 *Virga tangit punctum hora in magno circulo horario expicto.* 2 *Digitis & calamis ostendunt se numerare.* 3 *Ostendit vnusquisque interrogatus tabellam sui Planetæ itineribus notatam.* 4 *Accedit Canis ferens epistolam incisam laminis collum cingentibus.*

Similis volanti

Myth. Agnosco. vos ite, ac sacro

1 Aptate vosmet maximo. Mystas volo

Vocari ad aras

Chorid. Aduoco.

Myth. Ad collum canis

2 Commissa latitant scripta lamellis probè
Cananæus istas Rufus, indigetum abditus
Cultor Deorum mittit arcanas notas
Domo ex Iacob. Ille famulari ex grege
Sychem Nepotis fidus vt quisquam fuit,
Mox arte mira primus Isacidas sibi
Allexit omnes merce transactor mea.
Idola Diuum, nostra quæ fingit manus
Ad puncta certa syderum, & genijs prece
Stata euocatis, ipse diuendit vafer
Natis Iacob, nescio rerum sene.
Quem Rufus adeo promptus officio senem
Deuinxit, vt iam summus in magna domo
Multa administret. nempe sic partes meas;
Simul & Deorum cautus in primis agit.

3 Sic ipsi in hostis arce regnamus. Legam.
„ Iam spes, adultæ vota vindictæ breui
„ Maturat. O fructum haud breuem. Inuidiæ lues
„ Vndena fratrum pectora infecit diu.
„ Liuori acerbo turbidas iræ faces
„ Subdimus operta fraude; iamque incendium
„ Omnem occupasset familiam; ni peruicax
„ Hostis Deorum claudus ex lucta senex
„ Caute obstitisset; quicquid ingenti domo
„ Erat Deorum, dexteræ munus tuæ,

1 *Discedit Chorus.* 2 *Dimittit canem cum Choriductore.* 3 *Epistola Rufi.*

,, Clauos, inaures, annulos, torques, ſcyphos,
,, Et ſyderatas opere Chaldæo notas
,, Quot quot reperijt, ſordido immixtas luto
,, Effoſſa ab imo ſtirpe Terebinti occulit.
,, Turpi ſepulcro tradidit iuxta Sichen
,, Noſtras in iras. Nunc ego te per tuas
,, Partes, & artes, oro, numinibus pares
,, Idoli mitte, ſtygmate omnigeno Deum
,, Diſcriminentur: arte non vna eſt opus;
,, Nam varia fratrum ſtudia diuerſum trahunt:
,, Hæc ſi parabis Abrahæ lapſa eſt domus.
,, 1 De vallis Hebron ilice hæc Rufus tuus.
Vt prima dant ſe initia prodigium Inferi
Vertant in hoſtes, impetum ſuperi dabunt.

1 Recedit Mythrane, vt commutata Scena in templum (ſi placeat) vltimus in pompa redeat.

SCENA SECVNDA

Mythrane cum Sacrificulis, Chorus cantorum, Chorus Ludiorum terreſtium, aquaticorum, aeridum, Igneorum, cum pſaltrijs.

Myth. PEnetrale inauſum acceſſimus. deuenimus
In Pantheona. Facinus aggredior Dijs.
Solenne cunctis. alta relligio loci

Strin-

Strinxit pauore pectus. accede in preces
Symnuita nostras, & praei.
Sym Silentium.
Talaris imos palla aduletur pedes
Terræ opibus intertexta, virgultum, frutex,
Arborque picta defluans exornet togam.

Induit Mythranes tunicam talarem, virgultis, arboribus, & terrestribus animalibus expictam, seu textam.

Sym. 1 Sacrifica sed iam turba terrigenum Deum
Deducat orsa, lapide fusco, plumbeis
Massis, cupressu pinea: terræ accolas
Cuniculos, talpasque, edones musculos,
Et quæ cybelli placita Saturnum euocant
Superadde, tum parentis omniparæ sinum
Augete flore, ac fruge terrarum omnium.
Spondæum epodon barbito. & cantu graui
Magnæ parentis numini annoso date
Chor. Cant. 2 Dicite mecum terrea pubes,
Rerum genitrix optima tellus.
Accipe munus, perfice votum;
Mea fata iuua, tua dona cape
Optima Mater.

A 4 *Post*

1 *Accepta ex varijs authoribus, qui de sacrificijs antiquorum scripserunt. Dum hi canunt grauibus vocibus, deferuntur pompaticè munera à Choro terrestri.*

Post Cantum datur Chorea terrestrium, puta, Satyrorum cum truncis arborum, aut ipsæ arbores choream instituent, qua absoluta.

Sym. 1 Ite hinc. potentem Dæmonū terrestrium
Vocato Dæmogorgona occultis notis.
My. Terrestū rector Diuū abdite Dæmonigorgon
Hostilem Abrami gentem male debaccatam
In tecta, & turres, & mœnia Sychemorum
Omnibus è terrarum finibus exturbato,
Atque immensæ fauce voraginis absorbeto.
Petit hoc Sychen peremptus
Qui tibi templa dedit,
Petit hoc Mythrane viuens
Quo tibi templa calent;
Ni facias; iam cuncta dabunt tua fana ruinam,
Non facis! in sacris mentio nulla tui est.

Hic pulsantur ex imo loco organa musica solum in chordis grauissimis.

Myth. Audimur: imis consonant neruis fides.
Sym. 2 Dæmones amici fluctibus tibi vt fluant
In vota faciles; opere squammato Cyclas
Crispè vndulata fluctuetur ad genu.
Su-

1 *Discedunt omnes excepto Mithrane, & Symmista.* 2 *Accedunt ministri.*

Superponit Mythrane pallā vſque ad genu protenſam, piſcibus, ſyrenibus, fluuijs expictam, miniſtrantibus ſacrificulis à Symmiſta vocatis.

Sym. Agmen ſecundum coerulis ſacrum Dijs
Ades, liquorum Cymbia, argenti notas,
1 Tum margaritas, arduam palmam, & humilem
Hyſſopum, anaticulam, Capream, Ceruū, anſerē
Lunare quicquid ſydus allectat, peto,
Libate pateras: ducite alterna vice
Per media vocum ſpatia moderatos gradus.

Chor. Cant. 2 Dicite mecum cærula pubes
Rerum genitrix optima Thetis:
Accipe munus, perfice votum,
Mea fata iuua, tua dona cape,
Optima Mater.

Poſt Cantum datur Chorea aquaticorum hoc eſt, Tritonum, Syrenum, aut fluuiorum remis, & algis, aut aliorum Semideorum huiuſmodi, quâ abſolutâ.

Sym. 3. Nunc tu monarchā aquatilē arcana prece
Citabis Hydromorphona. hinc abſcedite.

Myth. Huc Hydromorphe, precor, fluitantibus annue votis,

A 5 Numi-

1 *Excepta ex authoribus varijs, qui de ſacrificijs ſcripſerint.* 2 *Dum hi canant medijs vocibus, munera à Choro Aquatico pompatim deferuntur.* 3 *Recedunt alij excepto Mythrane, ac Symmiſta.*

Numinibusque inimicam Abrahæ sine fœdere gentem, (das
Quæ scelerosa tuas modo sanguine polluit vn-
Præcipitem rapidis, age, mergito fluctibus omnem.

Petit hoc Sychen peremptus,
Qui tibi templa dedit.
Petit hoc Mythrane viuens,
Quo tibi templa calent.

Ni facias; iam cuncta dabunt tua fana ruinam.
Non facis? in sacris mentio nulla tui est.

Hic pulsantur organa musica medijs vocibus, siue Tenoris, quem vocant, tantum.

Myth. Spes læta, medij fidibus alludit melos.
Symm. Genios tyrannos aëris seruos habes.
1 Tellure in ipsa, si volantum pinnulæ
Medium colorent pectus, atq; humeros leuent.

Hic Mythrane induit thoracem ex pinnis ac plumis pauonum, aliorumque similium auium confectum.

Sym. 2 Pennigera iam caterua promoueat gradum:
Ferat smaragdum, stanneam glebam, scobes
Viuentis argenti, fragrantes omnium
Fumos odorum; e stirpibus corylos leues,
Cypriæ capillos; Musicæ faueant aues.
Muste-

1 *Accedunt ministri.* 2 *Excerpta ex auctoribus, qui de sacrificijs scripserunt.*

Mustela, Vulpes, quæque Mercurium tenent.

Chor.Cant. 1 Dicite mecum pennata cohors,
Rerum custos flabilis aer.
Accipe munus, perfice votum,
Mea fata iuua, tua dona cape,
Flabilis aer.

Post cantum dant Choream semidei aerides, vt Aurora, Iris, Iuno Serena, Iupiter pluuius, siuè potius homines magnarum auium personas induti.

Sy. 2 Nunc Venticratorem deuoca. hinc ite ocius.

Myth. Audi Aeridum Rector Opitule,
Abrahæ indomiti perfida soboles
Schemorum nece tabifica
Aeris oras polluit omnes,
Opprime subita labe nocentes;
Age, disruptos turbine ventos
Et disrupti fœderis hostes
Disijce terris, disijce ponto,
Disijce Olympo.
Petit hoc Sychen peremptus,
Qui tibi templa dedit,
Petit hoc Mytrane viuens,
Quo tibi templa calent.
Ni facias; iam cuncta dabunt tua fana ruinam;
Non facis? in sacris mentio nulla tui est.

1 *Dum hi canunt acutis vocibus, deferuntur munera à choro aeridum.* 2 *Recedunt omnes excepto Mythrane, & Symmista.*

Hic pulsantur organa musica acutis tantum chordis, siuè ad Contraltum, quem vocant, pertinentibus.

Myth. Sublime nostris annuit votis melos
Sym. Deos Dynastas lucis, atque ignis cole.
1 Cedo hnc thiaram flammeâ ignivomo vndique
Fulgure corusca cydaris irradiet caput

Hic capiti Mythranes imponitur thiara flammis veres, aut pictis radiata.

Sym. Flammifera tandem legio succedat sacro,
2 Extingue noctem splendida circum face
Vmbras cremante. defer ex auro notas,
Gemmasque pariter luce flauente aureas;
Solisequa promes germina & mentâ, & crocū,
Aquilæ, ac Leoni iunge Phœnicem vnicum;
Et quicquid astrum Solis adiungit sibi.
Rapidus acutis vocibus Pœan sonet.
Ch. Cant. 3 Dicito mecum flammea pubes;
Rerum motrix ignea virtus,
Accipe munus, persice votum,
Mea fata iuua, tua dona cape.
Flammea virtus,

Hic

1 *Accedunt ministri.* 2 *Excepta ex auctoribus, qui de sacrificijs scripserunt.* 3 *Dum hi canunt acutissimis vocibus deferiur pompa munerum prædictorum.*

Hic datur Chorea rapidissima iuuenum varijs flammulis effulgentium.

Sym. 1 Ite hinc. trahas in vota Pyrolampū Deum.
Myth. Pyrolampe ô nitidissime,
Subtilissime Dæmonum,
Celeri fuga, propere propera,
Domicilia inimica pete,
Hostica gens voluit
Sanguine vbique tuas
Obruere vsque faces;
Hostica gens pereat
Victa tuis facibus,
Preme, fuga, quate, crema,
Cinefac., & puluera.
Petit hoc Sychen Peremptus,
Qui tibi templa dedit,
Petit hoc Mythrane viuens,
Quo tibi templa calent.
Ni facias, jam cuncta dabunt tua fana ruinam;
Non facis? in sacris mentio nulla tui est.

Hic resonant organa musica chordis tantum acutissimis.

Myth. Bene est, acutis fidibus applaudit melos;
Sym. Adire nunc vt cælitum possis domos,
2 Phrygiana textu syderum offulgens clamys
Elementa quatuor vnico amplexu tegat.

Su-

1 Recedunt alij excepto Mythrane, & Symmista.
2 Accedunt ministri.

Superponunt Mythrani clamydem expi-ctam stellis non sine sole, & luna.

Myth. Ita cuncta rerum secla sub cælo vigent,
Et quod sub astris cernis, ex astris fluit.
Symm. Suffitu odoro mitte trans Cœlum preces,
Et reliqua solus, perage. præstolabimur.

SCENA TERTIA.

Mytrane, Oraculum è statua loquens, Thyphon Inuidiæ Dæmon.

Myt. 1 VLtor nocentum, Rex Deum, Diespiter,
Quem tibi spopondi sanguinem, missu dedi;
Seruare te cruenta nunc pacta addecet.
Fratres nefarios inuidus liuor premit,
Quà cœpit ire, pergat in necem furor,
Hæc vota sunto, quod opus est facto, iube:
Orac. 2 Typhonem iubeo fratrum liuore furores
Permiscentem odijs odiosam excindere genté.

Thyphon prosilit ex ima parte Aræ.

Thyp. Ego inuidorum ductor, irarum sator,
Qui cæde fratris imbui primus manum
Perempto Abele, potior assurgo in nefas:
Fata properabo: male inchoata turpium
Dissi-

1 *Sanguinem mittit è vena.* 2 *Cantat voce graui.*

Diſſidia fratrum clade claudam peſſima.
1 Cedo huc ſigilla, deferam vt Rufo tuo.
Illum ego puellum putidum, illum amaſium
Senis imminuti crure, Ganimedem Patris.
Mihi calcitrantem ſulle ferrato petam
Fœtentem Ioſeph. reliqua nam fratrū cohors
Ad nos libens transfugitat. hic vnus vafer
Fraternum ab vngue facinus expoſuit Patri,
Operamque noſtram eluſit; in cauſa hic fuit,
Vt funeraret Iacob omnigenas Deos
Scrobe lutulenta. Luteus hic faxo, puer
Noſtræ ſubactus arte figlinæ, rota
Currente prodeat vrceus Proſerpinæ,

1 *Diſcedit Mythrane datis ſigillis.*

CHORVS

Cananæorum.

EX quo ſuperas Aſtræa domos
Tenuit rapidis concita pennis;
Nimis è longo diſsita tractu,
Tardoque nimis Vindicta pede
Cœpit nocuas viſere terras,
En Iſacidum crimine fratrum
Iacet, Aſſyriæ gloria, Sychem,
Ferro, ac facibus conſtrata iacet,
Quam nunc etiam torquet, & vrget,
Triſtis arator.
Et tamen illis integer annus
Ludos inter, feſtoſque iocos

En

In luxuriam petulanter ijt.
Siccinè terris, æthere, ponto,
In nos miseros pars nulla boni
Iuris, & æqui nulla, fauillam
Pietatis aget? cur ego tandem
Humana Deos curare putem?
Sors cuncta regit. Fatis regimur;
Cum sorte tamen spernere fata
Docet hæc ratio rationis egens,
Si nil iustus distat iniquis,
Cunctosque rapit casus in orbem;
Sed tarda, inquis, numinis ira est;
Et quò cedit serius illa,
Sontes agitat sæuius illa.
Sed leue nimium hoc crede leuamen,
Nam qui fructus mihi sit misero,
Quæue voluptas; Hostis iniqua
Si damna fero mitis, inultus,
Vltricesque ex æthere pœnas
Non ego videam, videant sera
Stirpe nepotes? Nunc nunc properis,
Dura flagellis ades, ò Nemesis,
Iam te vulgus putat extinctam,
Dum nil terris cernit agentem:
Si te pietas non mouet vlla,
Fas permoueat, cogat honestas.
Exere vires, & maiorem
Te ostende malis,
Num recutitæ numina gentis
Vincunt nostros grauiora Deos?
Apage, imperium proferat vnus,
Qui tenet vnus,
Aethera princeps. Vnus regnet

Re-

Regnet in omnes, qui regit omnes,
Qui cuncta creat, cuncta gubernet,
Nulli iniustus,
Omnibus æquus.

ACTVS SECVNDVS

SCENA PRIMA

Iosephus, Acates Præfectus morum Iosephi.

Ioseph. Nam cur, Acates optime, extra omnem modum
Claratur auro, purpura, & gemmis domus?
Cui sacra renouat opere tam sesso Parens?
Acat. Latet id Iosephum? miror
Ioseph. Hoc mirum est magis;
Tam delicatè vigilias vexant meas
Somnia tibi enarrata iam crebrò, Pater,
(Sunt lepida, sunt præclara, non sunt somnia,
Sic viuo anhela spiritu ex alto micant)
Ita cordis omnes occupant nostri sinus,
Vt nullus alijs superet officijs locus.
Acat. Meminisse dicti oportuit. nè quid nimis
Sed hanc Olympus gignet Auroram tuæ
Stirpi serenam semper. hac senior Abram
Natum immerentem morte mactandú obtulit,
Et

Et faustiores retulit ad vitæ dies
Moriæ supremo in vertice.
Ioseph. O quales, Pater,
Narras dolores?
Acat. Sed quibus vestræ domi
Aeterna steterint gaudia, & mundo salus.
Ioseph. Tantum salutis vnde?
Acat. Nam tanto puer
Isac periclo functus, & morti obuius,
Et morte maior, summis obtulit Deo,
Quem, factum ob istud, vestra propages dabit
Terris beandis.
Ioseph Similis ô si perforet
Hodie Tonanti & Ioseph! ô diem auream!
Perferre nil recuso, violentum, efferum,
Imago mitis dummodo specie leui
Saltem referre numen humanum queam.
Acat. Cui vult Deus fert ista; sed faustus dies
Per prata ridet, rure nil ruris vides
Liades, Balaniosque cum Zelfa satis,
Qui segreges cubilibus, vitam solent
Coluisse; in vnum hac luce diducti forum
Bene feriati ludicras pompas dabunt.
Vt tu lubenti te dares illuc pede?
Ioseph Tibi, si luberet.
Acat. Nempe, vt hæc tua somnia
Toties recocta, friuola, odiosa improbè
Seras, & iras inde grauiores metas.
Ioseph Alibi repostus fomes irarum latet
In nos, Acates, crede vel puero senex.
Delationis perfidæ adscribunt notam:
Sed quid? colebant impiè spurios Deos,
Turpes magistros pessimorum criminum.
Ego

Ego reticerem facinus? ardebat domus,
Dominusque somnos duceret rerum inscius?
Vni ergo Patri hæc narro vel tacitus tibi.

Acat Macte hac parentis indole, & Patre supra.
Tamen id monebo, exempla tam prauæ notæ
Ibi si notabas, vnde tam præpostera
Cupido mentem incessit ad reditum tibi?

Ioseph. Olim fuerunt illa: censura Patris
Abolita credas cuncta.

Acat. Credibile est parum,
Nam vitia, quæ altè insederint cæcis fibris,
Seruant latenter semina, vt regerminent:
Votum ideo non illaudo, nec laudo tuum.

Ioseph. Planè meum nè dixeris. voti fuit
Pars magna Rufus: ille adhortatur frequens,
Fratrum vt reuisam prata: seque addit mihi
Ducem viarum.

Acat. Ducet in fraudem suam.
Procuret ille prouinciam, linquat meam,
Cananæus anceps numinis, dirus, vafer,
Excutere solers quodlibet mundi latus
Lucris, vt animam venditet. nè ad misceas
Cum fæce te.

Ioseph. At illi plurimum defert pater,

Acat Negotiis præfecit externis probè
Externum: agat cum rusticis, est rus merum.

Ioseph. Habeat sibi sua: neque enim arrisit mihi
Vnquam ille vultus, genius arrisit minus;
Tecum Harmonille dulce consentit mihi
Cum corde pectus, nempè festiuis metris
Modulisque blandis somnia hic texens mea,
Vocis canora postmodum pompa explicat.

SCE-

SCENA SECVNDA

Typho cum sigillis magicis.

VT ego cupidine expetiui acerrima
Cribrare nostri familiam totam senis!
Nec me refrænat maior à tergo Deus,
Spes inde crescit, & supercrescit furor.
Nam perfida ex quo turpium fratrum cohors
Vlta Dinam, atroci clade temerauit manus:
Ad fræna faciles nostra vertuntur probè.
Nec nos moratur, vt solet semper, ferox
Agitator ille sıderum, qui cardines
Cæli perambulat excoquens bilem Deus.
Quis ergo nostræ laureæ obsistit? puer
Amor parentis Ioseph, & fratrum furor
Huncpusionem somniantem offucias
Reddidero verũ somnium, atque vmbrá stygis.
Symeonis ense bar'aro enectum dabo.
Sigilla sed nunc nostra retrusa in specu,
Vbi læuam ad aram supplicat Rufus Dijs,
Depono, mox ad vota Symeonem traham:

SCENA TERTIA

Rufus.

PEr flabra, & æstum, & turbinem ex alto vide
Iam, Rufe, portum. tumida velorum loco
Poli-

Polimita vestis littori aduertit ratem,
Vbi tandem Iacob naufragus Syrtem incidet;
Demerso Ioseph; nostra si quicquam valet
In remigando experta iam dudum manus.
Clamydem puello Genitor hortatu meo
Adiudicauit inuidendam fratribus.
Vna ex ruinis Vrbis euersæ Sychen
Captiua mulier texuit nostram ad precem;
Et strinxit aurum bracteis argenteis
Animisque odoris affatim afflauit; Deo
Quæ iam Typhoni cuncta sacraram prius!
Nil ergo mirum, tanta si fratres gemunt
Effascinati: Cædis ardorem flagrat
Pars magna: reliquos magnus allector trahet
In facinus omnes Symeon. in Cœlo sumus
Modo si iuuantibus Inferis, senem, huc traho,
Vt innocentem puberem, & facti rudem
Fratres adire cogat ad pastorias
Pelles; parentis nempe ab aspectu procul
Lux festa facinus promouet; Panegyris
Celebranda fratrum est; inde conspiratio
Facilis paratu cedet ad votum, ac manum.

SCENA QVARTA

Iacob, Acates, Rufus.

Iacob CVi turba multa liberum obuallat latus
Non ille communitus, obsessus malis
Agitet necesse est anxias curas, diu

Noctu-

Nocteque pendens. lancibus vt æquis domus
Libratæ nullum deprimat, nullum efferat.
Id adeo mecum effecit, vt natu minor,
Sed mente maior, vnicè Ioseph prius,
Primas amoris pectore in nostro ferat:
Nam quò cateruæ reliqua natorum magis
Infensa puero præstitam ob nobis fidem,
Specimen profanum cordis irati dedit,
Hoc me magis curare Genitorem addecet,
Tutum, ac beatum reddere innocuum genus
Nostri futuri generis immensum Decus;
Portenta si quæ cerno, decernit Deus.
Acat. Deus hæc, reor, decernit. ita spirat Deum
Sethus amœnè, diuus ingenio puer.
Iac. Proin aprica iugera feracis soli
Libens coemi, prædium Sychar vocant.
Acat. Nati salutem cautus in tuto locas.
Iac. Ibi fons hydrope diues auriferò magis,
In hac scatebris vndique exucta plaga
Pellucet æuiternus è saxo micans
Hunc ego Iosepho destino, vt nè debeat
Pendere, opem precatus ex fratrum fide.
Ruf. 1 Septena signa syderum errantum, impari
Sympathica numero, ac viribus ad aram mei.
Numinis in antro repperi. hæc nempè attulit
Responsa nostris literis Mythran Magus.
Iac. Excepit vnus mentis arcanum meæ
Rufus, quod imprudenter exciderat mihi;
Quando hic locorũ intelligens, nostriq. amans,
Transactioni interfuit Proxeneta:
Proselitus inde cessit in nostram domum.
Acat. Qua mente nouit ipse, portentum doli
Ruf.
1 *Redit ex antro contemplans idola.*

Ruf. Cuiusque Genij barbaram agnosco notam
Bene est: secundis prodit alitibus dies;
Sed en verendum numinibus atris caput;
1 Date terga aperto Marte succedet nihil.
Vertamus ergo tela; Parthorum modo
Pugnabitis.

Iac. Sed Rufus à læua hic adest.
Satis ne saluæ! nati in hoc æstu valent?

Ruf. Validi, ac decori floridam ætatem exigunt
Abs te beate semper.

Iac. Vt celebrant diem?

Ruf. Non vnus amor est omnibus, certant graui
Lucta, sonoro barbito, saltu leui,
Ferro innocente, innoxia & facundia.
Sic mente, pectore, dextera, lingua, pede
Scholam, palæstram, gymnade nacti ex agris,
Virtutis amplitudinem omnem exhauriunt.

Acat. Tacenda reticet multa, quæ quondam palam,
Modo clam Iosepho, perpetrant. Multa hic quoque
Ardelio miscet falsa. Sic palpat seni.

Iac. Guttam illi adhuc non hauriunt veri boni.
Relligio laudum est semen: hinc animus viget;
Tolle hunc, honesti cuncta decollat seges.

Ruf. Ideo sub auram solis affluentis diem
Eoa cœptat sacra: qui cunctis præest
Annis Rubenus, cæteri assensu litant.

Acat. Rarò litatur: nempe cum Ioseph adest.

Iac. Quid inde? nullus ergo procurat greges?

Ruf. Vbi lucis ostentator auratam explicat
Pompam diei Phœbus è summo æthere,
Tum quisque ad antrum, monte suffosso, cauũ,
Secta-

1 *Oculis sigillo.*

Sectatus vmbram, pensa famulorum exigit,
Omnisque summa ducitur pastorij
Muneris; id ipsum prona cum senuit dies,
Recolitur: omni cognitura fungitur
Quicunque curat iura campestris fori,
Decem magistros omnium virtutum habes

Iac. Vnus magister si doceat omnes Deus.

Ruf. Docet profecto ille vnus, atque omnes simu
Nam melius in commune præceptor Deus,
Quam singulatim dogmata, & iura explicat.

Acat. Expecto, quorsum euadat.

Ruf. Hæc iuris fuit
Natura semper, publicæ vt prosit rei.

Iac Quid inde?

Ruf. Si permittis effari, audeo

Iac. Vt libet.

Ruf. Ioseph iure, & exemplo caret
Fratrum optimorum delicatè vmbraticus!

Acat. Huc dirigebat spiculum cancer malus

Iac. Hic mecum Acates iure, & exemplo satis
Puerum edocemus.

Acat. Hæ sit ad scopulum ratis.

Ruf. Satis quidem ille duplici hoc fonte hauriat
Documenta vitæ: sed tamen, parcas precor
Si tam benignum liberè dominum alloquar.
Quæ vestra in vmbris traditur Pallas sacra
Mentem colorat lumine æthereo quidem,
Sed torpet infœcunda, nec durat sinum.

Iac. Quid ad ista Acates? quippe adhortatu tu
Detineo puerum seiugem à fratrum choro.

Ruf. Deliciæ amoris detinent potius senem.

Acat. In se reductus animus à turbis procul
Agenda discat; facta consilium præit,

Ruf.

Ruf. Gladiator in arena docetur rectius;
Ibi capere est consilia, quæ nunquam domi
Potuisset animus fingere: humano in foro
Rerum gerendarum est magistra occasio.
Acat. Nempe gladiantem finge tu arbitrio tuo;
Ad magna natum principem in maius colo.
Ruf. Non vna honesti forma culturam petit
Numerosa virtus pluribus ducta est vijs.
Acat. Et pluribus tenetur: hic palum, rotam,
Discum, pilamque tractat.
Ruf. At plausu caret;
Linquat penates, torpidum abijciat situm,
Eat in theatra; publicam pompam augeat.
Acat. Et spargat oculos lubrica in spectacula,
Minorque corde redeat, atque impos sui.
Ruf. In luce mercem quisque proponit suam.
Acat. Non rara pestis merce in externa latet
Acat. Iam tetigst vlcus.
Iac. Iamque condoluit mihi.
Ruf. Medicamen ergo in tẽpore admoueas, Pater.
Saluere fratres iubeat, vt fratrem decet:
Apollinisque plenus, & charitum puer
Pugnet canore musico, expugnet prece.
Officium amicos gignit; agrestis fuga
Propagat odia. melius hæc nosti potens
Istarum Acates artium. Ergo te libro
Nitida rotundet verba, demittat caput,
Manum osculetur, dona comportet domo.
Sic sic triumphet inuidum fratrum gregem.
Acat. Malum resedit altius, amoris notas
Capient sinixtrè, in fomitem irarum trahent.
Ruf. Trahat vnus, alter: non trahet Iudas, Ruben,
Alijque Bala Matris ancilla sati.

Nequaquam : id ipse comperi nuper, modo,

Acat. Modo Sol corusco fulgure lacessit caput.
Procul à procella, & æstibus plantam excole,
Dum tenera primis molle fruticescit fibris.

Ruf. Amas, opinor, ludere. assueuit puer.

Iac. Et præstat assueuisse : nam nostræ domus
Bona ferè constant cuncta lanato pecu ;
Per æstum, & algu, pascua, & sedes gregi
Paranda sunt : neque vllius certi laris
Fuit vnquam Abrhami natio. vbi primum Dei
Nutus vocantis iusserit : sedem hic habet.

Acat. Quamquã illa rem non vicerit ratio, tamen
Retinendum Ioseph censeo

Ruf. Cense, vt lubet :
Patris est iubere. crede liberius loquar ;
Namque ego loquentes liberè audiui tuos
De more natos.

Iac. Quid?

Ruf. Cauillantur iocis.
Te mollicello cum catello ludium
Amore ter peccare bis puerum senem.
Sic animus asperatur in natum, ac Patrem.

Iac. Quid ais, Acates?

Acat. Aio? quin sanctè nego,
Si quid retulerit Rufus, ex oraculo
Vatum referri : sæpè mentitum autumo.

Ruf. Habere tecum, Domine, quid tacitũ velim:
Arcana prodam.

Iac. Teste nunc sedes vacet.

Ruf. 1 Quá vereor, heu, nè turpe venerentur Deos
Aliqui tuorum?

Iac. Nomina.

Ruf.

1 *Discedite Acates.*

Ruf. Hoc eſt, quod latet,
Hoc eruendum.
Iac. Indicia num facti tenes?
Ruf. 1 Teneo metallum literis Babylonicis
Magico impiatum ſcelere.
Iac. Crimen peſſimum!
Genios adorant rurſus, ò miſerum Patrem!
Ruf. Hoc ego in arena proximi certaminis
Aliud agens repperio.
Iac. Vlterius reum
Inquirites.
Ruf. Accedere haud licuit mihi
Seruo minorum partium: frater queat
Secretiora inuadere; vt potuit tuus
Alias Ioſeph fidus in primis Patri.
Iac. Fateor.
Ruf. Et illi hac luce conuentum habent
Feſtum de Abrami nomine: ilicet, ſolent
Male tecta retegi in gaudiis ſocialibus.

1 *Oſtendit ſigillum magicè literarum.*

SCENA QVINTA

Rufus, Cephalus Dæmon venationis.

Ruf. FRaus noſtra tandé aperuit occluſas fores
Sceleri. paratis caſsibus fratrum puer,
Autore me, Ioſephus occurret celer.
Sic velitando primitus ſummum ducem
Fugaui Acatem; prælium maius tamen
Vrget, vt Acatem nè ſinam puero dari

Comitem à parente. Naribus nimium fagax
Olfaceret, alio triste diuertens, malum.
Parto fruamur interim. caro stetit
Nam palma nobis. in metallo mystico
Multas opes amifimus, & acrem Ducem.
Quemnam? phalangis Cypriæ Geniū optimū;
Hic vnus etenim deſit ad numerum integrum.
Voluptuosæ fraudis expertus faber,
Dandum Rubeno munus, vt nostrum in chorū
Tandem faceſſat, durus vsque adeo nimis.
Nunc ſpecimen aliquod indolis, & artis decet
1 Lemurū experiri propius Altartę hoc ſacrū eſt
Collare, quod ſi geſtet appenſum canis,
Grandes, minores, aſperas, mites feras,
Quot quot latuerint. ipſe odoriſequus ſtatim
Præſentit, inueſtigat, aſſequitur, capit.
Sed præſtat ipſum voce Venatorium
Syluæ Dynaſtam elicere. Signatus Leo,
Centaurus itidem Syluicultrici Deæ
Subſunt. vocare in vota Dyctinnam placet.
Ramo igitur arcum effingo temporarium,
Lunæ figuram profero. carmen ratum
Immurmuro. Dyctinna mitte huc protinus.

Hic ſpectatur e longinquo facies Inferorum, qua ſublata apparet venatio magna, ex qua tandem erumpit Cephalus habitu, & amictu venatorio.

Ceph. Huc miſſus adſum protinus: numquid iubes?
Ruf. Expone nomen.

Ceph.

1 *Dianam intelligit.*

Ceph. Cephalus.

Ruf. Auroræ, arbitror,

Venator ille carus.

Ceph. At Soli magis

Ruf. Bene est. fugabis belluas placidas, truces
Regione tota. vt nulla Nephtalium ducem
Venationis præda contingat suæ.
Mox te dabo illi munus: extemplo feras
Reuoca, vt sodales inde Nephtalij augeas
Venatu opimo. restat extremus mihi
Labor, vt puelli durus ille Cerberus
Custos Acates maneat in custodia
Domi retentus; meque sufficiat Pater
Comitem Iosepho. Sed gradú puer huc refert.

1 *Recedit Cephalus.*

SCENA SEXTA

Iosephus, Rufus.

Ios. CArmen venustum est somnij tractat meû
1 Graphicè Harmonillus. restat, vt musis parem.
Operam canendo musicam reddat suis.

Ruf. Nil somniaster cogitat nisi somnia.
Hæc ille mutus recoquit, hæc ructat loquax
Modo rythmicè, modo metricè, modo musicè
Musis vt istis, faxo, Persephone occinat
O te beatum Ioseph.

Ios. In terris nihil

 Dicas

1 *Ostendit se legere carmen.*

Dicas beatum, vera si dixit Pater.
Ruf. Vt sese habent humana; fœlicem arbitror.
Te, quòd superbis Principum ludis frequens
Intereris hodie; mittet ad pompam pater,
Latè paratam, mittet ad fratres tibi
Caros, amantes & tui.
Ios. Isthuc vltimum.
Date vos, amabo, cælites..
Ruf. Grator tibi,
Operamque qualemcumque sat gnarus viæ
Exhibeo.
Ios. Nolo incommodi quicquam tibi
Accedat ex me.
Ruf. Commodum in primis reor,
Præsto esse Domini liberis. sed eò mihi
Pergere necessum est crede, sementes ibi
Fecimus, opimam quæ tibi messem parant.
Ibi transigendum lautius negotium
In rem tuam concredidit nobis Pater,
Ios. Hoc mihi negotij credidit solum Pater,
Sequar vt Acatem.
Ruf. Subsequar vtrumque vt minor
Vmbra. & repostum sortis arcanum tuæ
Fœlix abundè præloquar, longæ viæ
Solatium, mihi crede; magnum...
Ios. Nec mihi
Est illò iter, quod sciuerim, nec, si Pater
Dabit itionem, Patris arcanum velim
Aliundè nosse, quam Patris mente editum,
Et voce Patris,..
Ruf. Tanta nec centum Patres
Consilia ruminauerint in Synedrio;
Vide nunc Ioseph, operæ quanto prosequar
Quid

Quid quid citato profore in cursu tibi
Credam, cruentis belluis obnoxium
Iter est. habeto hunc anulum: cui, si rata
Verba insusurres, terga pauitantes ferae
Dabunt. vide sis, experimentum cape.

Ios. Ain? rebellem numini? fera pessima
Me deuorarit citius. vt spreto vnico
Autore mundi, cuius afflatu traho
Salutis auram, Aetheri natus, colam
Vmbras Auerni foetidas? pestem, luem
Abijce, nefande.

Ruf. Nam quod admisi nefas?

Ios. Rogas? Auerni faece conspurcas Deum.

Ruf. 1 Abijcio, abominor, execror, ter expuo.
Sed nescio quid expuam, quid execrer
Sceleris. Abrami nuper excepi sacra,
Super his ineruditus.

Ios. Et nosti tamen,
Isthaec, refossa stirpe Terebinti, à Patre
Obbrobria tumulata.

Ruf. Non memini quidem:
Fortasse tum districtus externo Patris
Negotio, vagabar, vt soleo, procul.
Haec doceri peruelim. Lucem potes
Praeferre, si me adiunxeris comitem viae;
Nam mihi stat, animũ appellere ad frugẽ bonã.

Ios. Ipsis aberrat ianuis, rudis omnium:
Opus est Acate comite, qui verae caput
Salutis altè repetat, vt Rufo est opus.
Sed ipse prodit Genitor.

1 *Abijcit, & clam resumit.*

SCENA SEPTIMA.

Iacobus, Acates, Rufus, Ioseph.

Iac. HAec summa est tamen.
Eat Iosephus, noscat & fratrum statũ.
Acat. Tuu est quod optas præloqui, optata exequi
Nostra est cupido.
Iac. Rufus est illuc iter
Facturus, ipse puberem adducet; diem
Mecum celebra. Ruse, te paucis volo,
Agitatur aliquid litium ad confinia
Sychem; cruentam conseri pugnam veto.
1 Pacata cuncta peruelim. En chyrographum
Vetus emptionis, si quid vt turbæ fiet,
Dirimatur isthac publica ostens. fide.
Acat. Sed en Ioseph. præses é Cœlo Deus
Molem pericli auerte, ne puer integer
Contagionem Rufi ab afflatu trahat,
Mens docilis, ætas cerea, ingenua fides
Moris figuram quamlibet subitò excipit.
Iac. Accede Ioseph. pascuis feracibus
Compabulantur perpetim fratres tui,
Noctu, diuque, ritè curantes gregem.
Illos adibis.
Ioseph. Præstò sum.
Iac. Præsens vide
Satis nè saluæ, vt prosperè in maius trahant
Laborem agrorum, & pecoris hinc sub pellibus
Quid agatur inspice sedulo ad certi fidem.
Ios. Mandata perago. si licet, Genitor, tamen
Vnum

1 *Dat Chyrographum.*

Vnum precabor.

Iac. Fare, nam facilis mihi

Me quoque facilem habes.

Ios. Vt mihi comitem optimæ

Vitæ magistrum iunxeris Acatem.

Acat. Deus

Adest Iosepho.

Ruf. Deuium, ac præposterum

Efflagitatum.

Ios. Mente sic securior,

Et doctior subinde conficiam viam.

Iac. Facilè impetrasti.

Ios. Vt Harmonillus assecla

Comitetur etiam

Iac. Dulce solamen viæ

Dabit canendo, scilicet. Sed tu mihi

Hoc dabis, Ioseph.

Ios. Imperato.

Iac. Insomnia

Caue, ne recantes fratribus,

Ruf. Surdo canit.

Ios. Mutum futurum, me esse iam credas, Pater

Cum fratre quouis.

Iac. Nam quid hesterno tuo

Excogitari somnio leuius potest?

Illud recense, quæso.

Ruf. Delirat senex

Ad ipsa nati somnia supersomniat.

Ios. Cœlo refixus vndecim astrorum Chorus

Vibrante crispans lumine, æclinis genu.

Me stantem adorat.

Iac. Vndecena sydera

Numerasti?

Ios. Ad vnum cuncta ..
Iac. Numerus conuenit;
Quid deinde?
Ios. Tum sol aureus, luna argentea,
Iubare caduco cernuam effusi comam,
Mihi obuoluti genibus allambunt pedes.
Iac. Vide quã ineptũ hoc est, ego ne senex pater,
Et Bala mater altera, Rachelis loco,
Venerabimur te supplici natum prece?
Insulsa ride somnia, vmbras Morphei,
Qui veritatis absque succo, & sanguine
Nudos colores ludicra expingit manu.
Ios. Vt ludicra ista tracto concentu, & lyra.
Iac. Risum ore simulo: corde sed dubio premo
Altum stuporem. Rufe, tu mecum interim
Domi resistes;
Ruf. Paululum negotij
1 Prius exigendum est. redeo vbi erit integrum.
Sed integrascit interim hoc malum. senex
Agri coerupti Chyrographum credit mihi,
Quem fructuosa fraude iamdudum potens
Hostibus Abrami prodidi, Assyrijs meis;
Dum negligens ex arte deserui locum
Cultore vacuum. Caeterum pugnas timet,
Et arma Iacob, sed timet Rufus magis.
Nihil mihi est cum Marte, Mercurium colo,
Colo & Lauernam, Vertumnum & Protheum.
2 Sed clam plicata scripta depono in sinum;
Fauent Iosepho; fratribus nam si palam
Fiant nefastis; mulctor exilio miser:
Suspectus illi nempe de puero, & sene.
Sed

1 *Recedunt alij.* 2 *Ponit Chyrographum inter pectus, & interulam.*

Sed me retracto vterque consilio volunt
Domi retentum, ceu catenatum canem.
Vt ille me ludificet inuersis dolis
Pumilio sputaliticus, ventosa nux?
Vt ego resistam? Citius alpestrem impetum
Sistet solutis niuibus Eridanus tumens,
Boum labores dum fero quassu ruit,
Quam me reclinet deuia ex ferocia.
Vis vlla rerum. praeuolare ad pascua
Occupo, Cameli tergore insistens eques.
Sagitta semel excussa reprehendi nequit.

SCENA OCTAVA.

Symeon cum Grassatoribus, eorumque duce Rhotone. Leuius cum Rabulis, & Causidicis pastorityis, & eorum Duce Proculeio, Typho mutus.

Sym. 1 VBi facta caedes?
Rhot. Bethel ad confinia;
Sym. Quam vasta? quanti?
Rhot. Nempe, quantum fert loci
Conditio praesens, & peracta facinora.
Leu. 2 Igitur prehende. vince falsis testibus,
Vbi victus es veris. rei nummariae
Stude rapaci fraude..
Pro. Doctorem doces

1 *Loquitur cum suis.* 2 *Loquitur cum suis.*

Sym. Vbi præda ?

Rhet. Nuſquam dixeris. namque efferis

Poſt quam rapinis redditum infame eſt iter :

Rarus viator : mercium vector grauis

Iam cautus haſce ſemitas nullus ſubit.

Leu. Aurum hauriamus.

Proc. Ruſticis marſupium

[illegible] eſt

Leu. Supellex breuior euadat, noua

Spolietur vxor

Proc. Nullus è noſtra manu

Integer abibit. Cernis aquilinum genus :

Vngues recuruos, roſtrum aduncum geſtitant,

Sym. Statio ergo permutetur. ad puteum Sychar

Subita Latronum caſtra metari decet,

Illuc onuſti mercibus populi migrant,

Ibi nundinas inſtituo. de præda mihi

Duo hi dabuntur puberes, reliqua tibi,

Tuiſque

Leu. Rixas, iurgiaque pecunia

Mulctate grandi

Proc. Fecimus.

Leu. Lites nouas

Create, non dirimite.

Proc. Dementes moras

Protrahimus etiam ruſticos inter Duces.

Sym. Nunc Regem ad Aſer pergite. ibi regalibus

Epulis referti : petite frugiferum Sychar.

Leu. Epulas adite Aſerij, & ventrem vnica

Munite Cæna in triduum.

Proc. Quin ſportulis

1. Totam tibi popinam aſportabimus

Sym.

1 *Abeunt omnes excepto Symine, ac Leui.*

Sym. Etiam nè pusionis ignaui nigra
Somnia timemus, fabricas Morphei leues?
Leu. Timeo, ne in officiua amici Numinis
Fabricata, veri grande momentum ferant:
Nostram in ruinam. Fatum vt euites diu,
Noctu recurret.
Sym. Antequam cursum explicet,
Carceribus illud cohibeas: quin improbi
Cursoris ipsa crura frangenda arbitror.
Leu. Adamantina esse censeo.
Sym. Iosephum reor
Pecudis bidentem filium: huius arietis
Cæsi cruore adamantinum effringam caput,
Nedum pedes & crura fatorum omnium.
Leu. Nec flecti adacta fata, nec frangi queunt:
Nos adigimur, nos flectimur, nos frangimur,
Sym. Pueri ego Fatum interpetror socordiam
Nostri supinam; sed probetur certius,
Fatum nè sit fœlicitas hæc pusij
Probrosa delatoris.
Leu. At quo iudice?
Sym. Ferro sequestro, cuius expertam fidem
Sequemur omnes: nempe, si exacta in sinum
Altè sarissa, pertinax vitæ puer
Inuulnerata pelle restiterit ferox,
Stabunt ab illo fata: sin fuso occidet
Latè cruore, fata pro nugis habe.
Tota ista pueri faustitas, patris fuit
Peccantis in nos crimen, hic pœnas luat.
Leu. Et luat vterque, quippè delator malus
Tacenda promens inuerecundus puer,
Aures paternas nomine impleuit meo.
Sym. Superbus inde incedit in nostris malis

Mixto

Mixto recentis gloriæ ebriolus mero:
De me triumphat, quòd mihi insultat minor.

Leu. Si se verendum somnians Ioseph facit,
Quid vigil adultus faciet?

Sym. Inflexo genu
Iactat colendum semet ostrum regium
Præfert Tyrannus veste polimita cluens.

Leu. Phrygiana non me coccina, aut iantina
Transuerberata argenteis, atque aureis
Punctis vel vnguem mouerint. Spolia affluunt
Mihi ditiora nupera ex victoria
Sychemidum, illud permouet me: impetu
Toto, parentis animus in Ioseph ruit
Alios perosus, somnijs stultè fauens.

Sym. Nec stultus est, nec somniat; nimium sapit
Dum decorat vnum regiè natum parens,
Alios futuro, crede, seruitio docet
1 Assuescere. O terra, ò mare, ò cælum, ardeo,
Quantum neque alta viscera æthnæi iugi
Percita Gygantum verbere trabales agunt
Vndique fauillas; neque coacto nubium
Gremio volutans spiritus clusus globos
Salsè nitrosos igne luctante exitum,
Trepidante mundo, rumpit effringens diem.
Erumpe facinus.

Leu. Aestuat, cursat, gemit,
Gelascit, ardet, pallet, exudat, fremit
Mens vna secum conserit bellum integrum.

Sym. Quid ergo? acerba cæde fœdare impiam
Audebo dextram? assueuit illa sanguinis
Fundendi amorem fusus irritat cruor.

Leu.

1 *Typho exagitat face Symeonem, aut alia ratione.*

Leu. Fraterna nil te, Symeon, pietas mouet.
Sym. Stirps prima Adami cæde fraterna calet,
Opere Caini fluxit Abelis cruor,
Cruor nepotum posteris nimium sacer:
Hæc propria pietas gentis.
Leu. At gens impia,
Quæ de Caino fluxit, in cæcam stygem
Mundi sepulti publica eluuie ruit.
Tu Coelo amicam distrahis fœde domum.
Sym. Distracta ab ipso semine Abrahami domus
Secum ipsa pugnat: quantus irarum impetus
Saram egit in Agar? Ismael patria domo
Vrgente cessit patre: quid patris parens
Nostri Rebecca? prælium quantum graui
Gestauit vtero? Iacob innocuus, pius
Qua fraude Regni iura fraterni occupat?
Fatis auitis agimur. in arenam damur,
Cum damur in auras: pugna si nostros manet,
Si factiosa Sydera Isacides agunt:
Premamus ipsi, ne premamur: antequam
Petat, petatur ille, ne vires paret
Aetate firmus, gratia maior Patris,
1 Studioque gentis: fiat hoc: fiat nefas
Leu. Sed nisi cohors fraterna conspiret libens
In facinus vniuersa: res nota est Patri,
Qui nos ab omni sortium parte, indigos
Salutis abdicabit. immensum est malum
Subire diras Patris, exempla vt fremunt;
Quin & Iosephum sedulo eripient manu
Nostra fauentes cœteri?
Sym. Fratres fauent?
Falleris. in vnum tota conspirat phalanx.

Afe-

1 *Typho recedit:*

Aſerius ille iuuenis eneruis, nihil:
Sublime ſapiens, obſtat: & ſecum abnuit
Nepthalius cerebroſus. Hos Rufus tamen
Verſutus acclinabit in partes meas.

Leu. Iudas repugnat; noui ego ingenium Ducis.
Quin & Rubenus facinus arcebit manu.

Sym. Cauſæ huius arcem iam vides. igitur manum
Adhibe viciſsim. cum Rubeno Principe
Lapidem mouebis omnem; ego Iudam acriter
Verſabo: ſua res agitur hic ſupra meam.

CHORVS.

Familia Iacob.

QVem iactat tenerùm fama Cupidinem,
Hunc res eloquitur, moribus efferis
Durum nec teneræ parcere, nec graui
Aetati, puerum non ego Cypriæ
Tantum commemoro. Quiſquis amor ſinum
Cordis corripuit feruidus intimum;
Aequalem tacita clade tyrannidem
Exercet, reor, in pectus amantium.
Ex quocumqne facem fomite ſuſcites,
Vel parua è ſtipula, vel minimo in lare,
Ardor conſequitur, vincere pertinax,
Campos, & nemora, & tecta ſonantia.
Sic accenſus amor pectore quolibet,
Quouis & ſtudio, robur, & impetum
Sumit vel minima ductus origine,
Laxatùrque vago cuncta vorans rogo.
Mentem nam quis amor vexat honeſtius,

Quam quo progeniem prosequitur parens?
Istuc sed studium, ni teneat modum
Virtutum vario fine coercitum;
Delirant iuuenes, desipiunt senes,
Sic sæuit. miseris blanda lues modis.
Iacob, cælitibus nomen amabile,
(Qui natis numerans signa duodecim,
Instar Zodiaci composuit domum)
Splendebat placidæ Sol sapientiæ.
Sed postquam patrijs cæcus amoribus
Iosephum exiguum sydus in ordine,
Arsit præ reliquis; consilij vigor
Lentescit, Sophiæ gloria defluit;
Quin, & fratrum odijs scinditur impiè
Compago miseræ tota familiæ.
Sic Sol dum nimia luce caniculam,
Stellam vel minimam proximus ambijt,
Omnis iam perijt veris amænitas,
Tetrisque ariditas fœta vaporibus
Mundi temperiem soluit ab integro.
Non illis Abraham lusit amoribus
Blanditus soboli. constitit horrido
In cliuo Moriæ certus acinace
Inuito tacitum stringere puberem,
Vnum quem dederat spem generis Deus.
Sed collo ingenuo lethiferas minas
Vix ferrum dederat, cum subito adstitit
Dexter solliciti nuncius ætheris,
Frænauitque Patris carnificem manum.
Fraternas at ego hic horreo dexteras
Audaces iugulum poscere candidum.
Ioseph immeriti: consimile struunt
Discrimen puero non similes manus.

Huc

Huc promptum auxiljs affore cælitem
Iam iam credo aliquem, vel cupio, ac precor.
Et ſperare licet; pacta repoſcimus.
Dilectus ſuperis est Abrahæ nepos.

ACTVS TERTIVS
SCENA PRIMA

Harmonillus cum Lyra, & Sarcina, Ioſephus, Acates.

Har. VT ſeruitus ſit dura per ſe ipsá, vt grauis
Magis illa ſit apud exteros, grauiſsima,
Vt ſit apud hoſtes; attamen nobis Leuis,
Decora, fructuoſa ſortitò obtigit
Hac in aliena, & extera, hoſtili & domo.
Nam cum perempto Rege Cananæo Sychem
(Fecere cui me obnoxium cunabula)
In iura ceſsi gentis Iſaciæ, datus
Donum Ioſepho, ſeruitus non ſeruitus,
Conuictus eſt cum paribus; ita facilis herus.
Amœnè amicus, dulcè ſocialis puer
Indole Deorum pariter, & forma æmulus,
Mihi fauet. Et ſi ſomnia è cœlo meant,
Quæ ſceptrum, opeſque fronte regali notant;
O nos beatos, Harmonille, e gauſapo
Nos ad thyaram noſtra ſorticula vocat.
Ideo imperaui egomet mihi facere omnia
Pede

Pede propero, hilari fronte, constanti fide.
Vnum Iosepho denegandum sed fuit.
Siquidem volebat ille sacrorum Abrahæ
Sectarium me facere curtatâ cuti.
Ego verò auitos mordicus teneo Deos.
Humana cuncta hi prosperant, cunctos beant:
Si me rapinæ gustus, aut furti tenet,
Mercurius adstat, arte, qua pollet, iuuat;
Potare placuit largius? Bacchus fauet.
Tibi vt voluptas blanda tristitiam leuet,
Quid non licebit iure acidaliæ Deæ?
Ex hoste feruens ira vindictam expetit?
Suppeditat arma, & impetum Mauors ferox.
Omnia Dijs sunt plena, bona sint, sint mala.
Contra hic, Honesti ratio, quā, quidnam siet,
Credo, vel ipsi nesciunt, qui illam colunt,
Affectat vnā mentis imperium integrum.
Quid quid venusti est fascinat, fugit saga
Succnm iuuentæ floridum, inducit phtysim,
Lumbos adurit, strangulat fauces quoque,
Illud recantat millies. modestiam,
Ieiunium, patientiam, silentium.
Modum ergo teneat illa, ieiuna, & silens,
Genio vacandum festus hic statuit dies.
Sed anteuerti citius inceptam viam,
1 Ignarus etiam. subsequi seruum decet.
Ios. Equidem vt adesset Rufus, inprimis velim,
Et ille magna mole consilij, ac precis
Vrgebat, vt se adiungerem comitem mihi.
Domi quid ergo cessat?
Acat. Vt vidit nouo
Et flagitatu destinatum me tuo

Late-

1 *Accedit Iosephus.*

Lateri, retrorſum languidum curſum dedit,
Non ille fidit vela ventis non ſuis.

Ioſ. Imò ad ſalutem mentis optabat, viam
Arripere tecum; mira Diuinæ rei
Inſcitia miſerum tenet.

Acat. Verſutiam
Tenet bilinguem, crede.

Ioſ. Cur tantam Patri
Fraudem fugis deferre?

Acat. Namque aditum mihi
Præcluſit omnem; nempè ſuſpectum Patri
In re ſua me reddidit miris modis.

Nar. Ex vero Acates hominis ingenium æſtimat:
Noui ipſe Rufum, dum voluptati Ducum
Sychemiorum deditam vrgebam chelim.
Inter ſpadones mille rugoſos erat
Fraudum aulicarum publicè notus faber.
Inſtar Meandri, anfractibus cæcis iter
Dextrorſum adornat, & ſiniſtrorſum capit

Ioſ. Petebat, altè cælitum in cauſa rudis.
Quia nam vetemus colere fæctitios Deos,
Quin & colebat inſcius, meque ad neſas
Ignarus hortabatur.

Acat. Ignarus? Vafer
Pertentat animũ, rapere te in fraudem ſtudet.

Ioſ. Ne id facile dicas. ſcilicet, Rufus mihi
Medullitus ſe oſtendit, arcanum Patris
Suo periclo maximo tandem mihi
Vulgare jam deſponderat in huius viæ
Solamen

Nar. Et me dulcibus bellarijs,
Vnde mihi vox inclareſcat ex raucedine,
Auctauit, vt, ſuaſore me, gnarum viæ
Tibi

Tibi adderes.

Acat. Monstrauit arcani genus?

Ios. In nostrum vt ipse aiebat & lucrum,& decus
Vergebat inscrutabile arcanum Patris

Acat. Sphynx aliqua laqueum innodat:hic quæso parùm
Pueri assidete, frondium, ac ramalium
Vmbrante clypeo tegite securi caput,
Ictusque surdos feruidi solis breui
Excludite sub alta ilice: hic mecum exputo
Arcana Rufi.

Har. Solis, aut Cœli minas
Timeat Ioseph? cui catenatos agit
Ad genua radios Phœbus incuruo sinu?
Et Luna supplex nocte cum tota studet?

Ios. Sed somnianti. ac somnians tantum studet!
Pone Harmonille sarcinas, humerum leua,
Et psofer album candicans, in quo tuis
Vigilata metris, noctium nostrarum habes
Ingenia denarrata fœlici stylo.
Recita ex papyro, somnus, vt somnum vocet

Har. Amans puelli ocellos
Somnus catena amabili
Mollissimæ quietis
In seruitutem adegerat:
Sed mente liber ille
Quam maximis procursibus
Amoris, vltra Olympum
Iam castra cordis mouerat.
Hic per nouos triumphos
Prostrata ducit sidera,
Hic Sol, sororque cessit,
Nouam puello adoream.

Audi-

Audita nullo ab æuo Honoris somnia:
Credatis isthæc omne in æuum posteri:
Vndecim stellæ solutis supplicantes crinibus
Imperantem Ephebum adorant. turba fratrú, intellige.
Luna pernox cornu vtroq; dat curulem argenteam.
Somnium te, Bala, poscit, mater es vicaria.
Purpuratus inde mundi consul, autor luminum,
Ecce sol, caducus auro defluo ad pueri pedes,
Lucis abiecit Thiaram, certuanr strauit diem.
Monstra rerú audis, Iacob, cóticesce, & rumina,
Non tacebit Harmonillus corde, lingua, & barbito.
Sed stultus hæc dum recito. Iosepho quies
Tenera soporis guttula inspersit sinum.
Inauguratur somniis semper nouis.
Hinc somniator audit, & nomen tulit.
Acat. Iam versipellem teneo, iam Rufus patet.
Agros coemptos in Iosephi gratiam
Vulgasse auebat callide, accessum parans
Puelli in animum; mobiles plumas nouæ
Superbiæ daturus, & stimulum odijs.
Iuuenilis animus igne natiuo leuis
Gloriolæ inanis ventulo in fumos abit:
Si folle ducto compleas aura pilam,
Saltu resiliet improbo, standi inscia,
At nè ille primus referet arcanum Patris,
Montemque pueri lactet adiungens sibi,
Locum antecapio. sacrum inenarrabile
Rufi renudo.
Har. Stupidus è somno redit.
Num somniasti?

Ios. Somniaui.

Har. Somnium,

(Vt moris est) regale, diuinum, beans?

Ios. Animo auolauit, abijt obscurum in locum.

Har. Excute memoriam, summa per vestigia

Visa reprehendes.

Ios. Vnus ex visis pauor,

Horrorque restat. visa non redeunt: quid hoc?

Sudore perfrigescit ignoto sinus,

Iniussæ & oculis lacrymæ inuitis cadunt.

Regredi ad paternos animus inclinat lares;

Hoc precor. Acates

Acat. Imò, quò pergas libens,

Omnem & pauorem pectore eradas tuo;

Arcana Rufi refero.

Ios. Id vnum efflagito

Acat. Parens Iacob prærogatiuam tibi

Fraterna in acie destinat, si rectè amans

Præuidit animus

Har. Hoc videret cæculus

Thamiras, amorem si parentis viderit.

Acat. Agrum coemit diuitem, compascuum;

Zephiro salubriperpeti m afflatum, patet

Solibus eois, fons vbi æternum scatet.

Ios. Nunc est canendum.

Har. Cantui præeat volo

Saltus

Acat. Tumetis vana. demissus Deo

Primum supremas prodigè grates age.

Ios. Ago, & referre cupio. Sed nos interim

Somnia canamus nostra. Nam vertunt bene.

Conceptus animi partui vero imminet.

Har. Vndecim stellæ solutis

Sup-

Supplicantes crinibus
Imperantem Ephebum adorant.
Turba fratrum intellige.
Luna pernox cornu vtroque
Dat curulem argenteam.
Somnium te Bala poscit
Mater es Vicaria.
Ecce Sol caducus auro
Defluo ad pueri pedes.
Monstra rerum audis Iacob.
Conticesce, & rumina.
1 Non tacebit Harmonillus,
Corde, lingua, & barbito.

1 *Hic Rufus ex angulo offendit se audire.*

SCENA SECVNDA

Rufus, Taratalla paredrus patinarius, Cephalus paredrus Venatorius.

Volantem Acatem vulturem anteuolauimus
Camelo agente gnauiter. de proximo
Nunc est agendum copijs pedestribus,
Ne me superbum in sorte seruili efferam
Fastidiosis fratribus, fratrum vltimum
Deiicere dum sic studeo. subnixus tamen
Incedit ille lætus, vt nunquam, puer.
Quam delicatè lesbijs concentibus,

Massi-

Masſilijſque ſaltibus fallunt viam
Ioſeph, Harmonillus à Muſis comes!
Audiuimus, ſpectauimus choream, & chorum.
Cuius recoctum centies lemna vnicum eſt.
Somnia Ioſephi: ſomnient: vigilantius
Ego ſomniorum emblemata interpres colo.
Nempè explicatu viuido fratrum gregem
Vinctum catenis, colla ſubdentem iugo
Et literatum fronte, deraſum comas
Delineandum dædalis coloribus
Curaui in albo ſchemate. hic medius tonat
Ioſeph ſuperbâ in ſede ſceptucus puer.
Interminanſque dextera fatum graue,
Fratrum pauentû, ac ſupplicum incuruat genu.
Faxo, hæc figura certior babylonijs
Numeriſque, lineiſque, Chaldæo mihi
Fauſtum figuret exitum! hoc tamen eſt prius
Neceſſe, ſegregare ductorem Caprum
Puerili Acatem de grege. Huc Lemuré aliqué
Iuuat euocare, vt adiuuet. Sortem traho
Sex de ſigillis. Nempè ſub noſtram manum
Puſilla ceſsit patina. quid Geminos refert?
Duplicat figuram. agnoſco. Mercurius fauet
Vncta in popina philoſophans ſubtiliter,
Vt erudita fraude conſtringat gulam.
Ergo ex popinis militem educo meum.
Patina ſuperſit amphoræ. hoc ritu Deum
Excanto. Mitte Mercuri.

Hic apparet noua Inferorum facies è longinquo prospectu; qua sublata, cernitur Culina diues instrumento, & opere coquorum, vnde prodit Taratalla Paredrus patellarius.

Tart. Missum vides.
Ruf. Video coquum elegantem. cedo nomen.
Tart. Vocor
Taratalla. num iubes?
Ruf. Epulas parari iubeo geniales. habes
Pauonem Ioseph gloriæ plenissimum,
Habes Acatem & anserem improbissimum.
Vtrumque macerabis.
Tart. Excoctos dabo
In antecænam
Ruf. Regias pelles adi
Aserij, opima Zelfa quem partu dedit,
Ibite popinæ, nulla qua fumat magis,
Immitte properum, sique cum Cephalo, vales
Iuuare causam, solis ante obitum adiuua,
Tart. 1 Solem lucernis adiuuas, dum nos doces,
Ruf. Nunc euocandus Cephalus in arenam. manus
Vt conserat. Dictinna mitte huc protinus.
Ceph. Dictina misit protinus: numquid iubes?
Ruf. Venatus vt processit?
Ceph. Attigua è plaga
Omnes abegi belluas: nuda fremit
Neptalis arena.
Ruf. Nunc retrouersis placet
Pugnare telis. nempe Neptalio Duci
Tradam te in vsus hosce venandi. feras
Ve-

1 *Abscedit.*

Venatui aduocabis in Sychemij
Aperta collis; nobili hic versutia
Lateronem Acatem auelle puerili ex choro.
Ceph. Visco aucupari belluam immanem paras.
Non sic adhæret alpium abruptis iugis
Affixa cautes, cautus vt semper studet
Iosepho Acates; non mihi deero tamen.

SCENA TERTIA

Ruben cum Choro sacrificulorum, Arualis Mysta Camporum, Symeon, Leui, Iudas, Danus, Gadius, Sabulius, Issaccarus.

Rub. IAm conuoluto Solis anfractu decem
Decies per orbes voluitur Cœlo dies,
Quã prosequutus Aetheris iussum asperum,
Contraq; spem in spem credulus natũ optimũ,
Abraham Tonanti cæde tentata obtulit,
Exinde terris genere de nostro salus
Promissa; litui, purpuræ, fasces, Mytræ;
Soboles feraces, iura famulantum vrbium,
Mundique fræna dantur, & Cœli fores.
Vnà ergo nostra iure confluxit domus
Actura grates.
Fr. om. Agimus..
Rub. In sanctas preces

Fudisti odores?

Aru. Galbanum, stacte, atque onyx
Cum thure flagrant halitu suauissimo.

Rub. Sic nostri anhelent pectoris vota in Deum.
Sparsisse decuit floribus mundum locum.

Aru. Conspersus omnis

Rub. Iusseram, pro singulis
Natis Iacob, ritè præfatus dares
Duodena ad aras corpora quaterno ex grege
(Matres notarem vt quatuor)

Aru. Ritu dedi,
Etiam sacratas victimas flammis dedi.

Rub. Simul augurare Symeo, & simul Leui
Speculare

Sym. Caput obnubito velis sacris,
Ne sparsus animus difluat factus minor
Ad veritatem abscoditam.

Leu. 1 Tripodem sacrum
Suppone: pergè singulatim enuncia.

Aru. 2 Ignibus adactæ victimæ statim edito
Stridore summo turbinant volumina.

Sym. Trux ille stridor, fremitus est iure editus
Nostri doloris: angimur, quod perperam
Nato Minori subdimur.

Leu. Age quis color?

Aru. Nebulam colore liuido vndantem vomunt

Leu. Maleuolus aliquis liuet in nostrum malum.

Sym. Quid flamma? clarato nè apice, recto impetu
In astra tendit?

Aru. Inuolucris turbidis

Tan-

1 Symeon ac Leui sedent in duplici tripode. 2 H[...] in antro aliquo succedere à spectatoribus non vi[...] exigitur.

Tandem nigram obliquauit in terras comam.
Sym. Cæcis tenebris obrui nos admonet
Nigritia fumans.
Leu. Turbida inconstantia
Discordis iræ turbidos motus notat.
Aru. Res mira. de bidentibus supra decem
Vnus iubatus agnus
Leu. Agnus cum iuba?
Heu me: sapit Leonem,
Aru. Vbi primum attigit
Aram, caduco labitur pessum impetu:
Leu. Labatur vsque.
Sym. Pessimus pessum ruat
Aru. En ille inhæret cornibus rubo aspero,
Qui propius aræ vrgebat externum angulum
Sym. Externus est.
Leu. Et asper
Sym. Et cornu petit
Fratres vtroque, fraudolento ex angulo
Iud. Vnum in Iosephum cuncta distortè trahunt
Vates iniqui, ac perfidi, quis non videt
Sacrum hoc Isaci victimæ simile vndique?
Aru. Sed mox reductus Agnus in sedem, imbuit
Aræ supremum verticem gratus Deo,
Vt alia nulla ex victimis nostratibus.
Sym. Gratus Deo? mentiris. est gratus seni.
Aur. Admotus igni nempè concepit leuem,
Puram, coruscam, candidam, rectam facem.
Leu. Obliquus es, nec purus
Sym. Et falsum sonas.
Aru. Hæc flamma in aere (mira res visu) dedit,
Specimen thiaræ, qualis Aegypti ad lacus,
Regale circum turbine opulentat caput.

Aserius ille iuuenis eneruis, nihil:
Sublime sapiens, obstat: & secum abnuit
Nepthalius cerebrosus. Hos Rufus tamen
Versutus acclinabit in partes meas.

Leu. Iudas repugnat; noui ego ingenium Ducis.
Quin & Rubenus facinus arcebit manu.

Sym. Causæ huius arcem iam vides. igitur manum
Adhibe vicissim. cum Rubeno Principe
Lapidem mouebis omnem; ego Iudam acriter
Versabo: sua res agitur hic supra meam.

CHORVS.

Familiæ Iacob.

QVem iactat tenerùm fama Cupidinem,
Hunc res eloquitur, moribus efferis
Durum nec teneræ parcere, nec graui
Aetati, puerum non ego Cypriæ
Tantum commemoro. Quisquis amor sinum
Cordis corripuit feruidus intimum;
Aequalem tacita clade tyrannidem
Exercet, reor, in pectus amantium.
Ex quocumqne facem fomite suscites,
Vel parua è stipula, vel minimo in lare,
Ardor consequitur, vincere pertinax,
Campos, & nemora, & tecta sonantia.
Sic accensus amor pectore quolibet,
Quouis & studio, robur, & impetum
Sumit vel minima ductus origine,
Laxatùrque vago cuncta vorans rogo.
Mentem nam quis amor vexat honestius,

Quam

Quam quo progeniem prosequitur parens?
Isthuc sed studium, ni teneat modum
Virtutum vario fine coercitum;
Delirant iuuenes, desipiunt senes,
Sic sæuit. miseris blanda lues modis.
Iacob, cælitibus nomen amabile,
(Qui natis numerans signa duodecim,
Instar Zodiaci composuit domum)
Splendebat placidæ Sol sapientiæ.
Sed postquam patrijs cæcus amoribus
Iosephum exiguum sydus in ordine,
Arsit præ reliquis; consilij vigor
Lentescit, Sophiæ gloria defluit;
Quin, & fratrum odijs scinditur impiè
Compago miseræ tota familiæ.
Sic Sol dum nimia luce caniculam,
Stellam vel minimam proximius ambijt,
Omnis iam perijt veris amœnitas,
Tetrisque ariditas fœta vaporibus
Mundi temperiem soluit ab integro.
Non illis Abraham lusit amoribus
Blanditus soboli: constitit horrido
In cliuo Moriæ certus acinace
Inuito tacitum stringere puberem,
Vnum quem dederat spem generis Deus.
Sed collo ingenuo lethiferas minas
Vix ferrum dederat, cum subito adstitit
Dexter solliciti nuncius ætheris,
Frænauitque Patris carnificem manum.
Fraternas at ego hic horreo dexteras
Audaces iugulum poscere candidum.
Ioseph immeriti: consimile struunt
Discrimen puero non similes manus,

Huc

Huc promptum auxiljs affore cælitem
Iam iam credo aliquem, vel cupio, ac precor.
Et sperare licet: pacta reposcimus.
Dilectus superis est Abrahæ nepos.

ACTVS TERTIVS
SCENA PRIMA

Harmonillus cum Lyra, & Sarcina,
Iosephus, Acates.

Har. VT seruitus sit dura per se ipsá, vt grauis
Magis illa sit apud exteros, grauissima,
Vt sit apud hostes; attamen nobis Leuis,
Decora, fructuosa sortitò obtigit,
Hac in aliena, & extera, hostili & domo.
Nam cum perempto Rege Cananæo Sychem:
(Fecere cui me obnoxium cunabulà)
In iura cessi gentis Isaciæ, datus
Donum Iosepho, seruitus non seruitus,
Conuictus est cum paribus; ita facilis herus
Amœnè amicus, dulcè socialis puer
Indole Deorum pariter, & forma æmulus
Mihi fauet. Et si somnia è cœlo meant,
Quæ sceptrum, opesque fronte regali notant;
O nos beatos, Harmonille, e gausapo
Nos ad thyaram nostra sorticula vocat.
Ideo imperaui egomet mihi facere omnia
Pede

Pede propero, hilari fronte, constanti fide.
Vnum Iosepho denegandum sed fuit.
Siquidem volebat ille sacrorum Abrahæ
Sectarium me facere curtata cuti.
Ego verò auitos mordicus teneo Deos.
Humana cuncta hi prosperant, cunctos beant:
Si me rapinæ gustus, aut furti tenet,
Mercurius adstat, arte, qua pollet, iuuat,
Potare placuit largius? Bacchus fauet.
Tibi vt voluptas blanda tristitiam leuet,
Quid non licebit iure acidaliæ Deæ?
Ex hoste feruens ira vindictam expetit?
Suppeditat arma, & impetum Mauors ferox.
Omnia Dijs sunt plena, bona sint, sint mala.
Contra hic, Honesti ratio, quæ, quidnam siet,
Credo, vel ipsi nesciunt, qui illam colunt,
Affectat vna mentis imperium integrum.
Quid quid venusti est fascinat, fugit saga
Succum iuuentæ floridum, inducit phtysim.
Lumbos adurit, strangulat fauces quoque,
Illud recantat millies. modestiam,
Ieiunium, patientiam, silentium.
Modum ergo teneat illa, ieiuna, & silens,
Genio vacandum festus hic statuit dies.
Sed anteuerti citius inceptam viam,
1 Ignarus etiam. subsequi seruum decet.

Ios. Equidem vt adesset Rufus, inprimis velim,
Et ille magna mole consilij, ac precis
Vrgebat, vt se adiungerem comitem mihi.
Domi quid ergo cessat?

Acat. Vt vidit nouo
Efflagitatu destinatum me tuo
Late-

1 *Accedit Iosephus.*

Lateri, retrorsum languidum cursum dedit,
Non ille fidit vela ventis non suis.
Ios. Imò ad salutem mentis optabat, viam
Arripere tecum; mira Diuinæ rei
Inscitia miserum tenet.
Acat. Versutiam
Tenet bilinguem, crede.
Ios. Cur tantam Patri
Fraudem fugis deferre?
Acat. Namque aditum mihi
Præclusit omnem; nempè suspectum Patri
In re sua me reddidit miris modis.
Har. Ex vero Acates hominis ingenium æstimat:
Noui ipse Rufum, dum voluptati Ducum
Sychemiorum deditam vrgebam chelim.
Inter spadones mille rugosos erat,
Fraudum aulicarum publicè notus faber.
Instar Meandri, anfractibus cæcis iter
Dextrorsum adornat, & sinistrorsum capit
Ios. Petebat, altè cælitum in causa rudis.
Quia nam vetemus colere fæctitios Deos,
Quin & colebat inscius, meque ad nefas
Ignarus hortabatur.
Acat. Ignarus? Vafer
Pertentat animũ, rapere te in fraudem studet.
Ios. Ne id facile dicas. scilicet, Rufus mihi
Medullitus se ostendit, arcanum Patris
Suo periclo maximo tandem mihi
Vulgare jam desponderat in huius viæ
Solamen
Har. Et me dulcibus bellarijs,
Vnde mihi vox inclarescat ex raucedine,
Auctauit, vt, suasore me, gnarum viæ
Tibi

Tibi adderes.

Acat. Monstrauit arcani genus?

Iof. In nostrum vt ipse aiebut & lucrum, & decus
Vergebat inscrutabile arcanum Patris

Acat. Sphynx aliqua laqueum innodat: hic quæso
parùm
Pueri assidete, frondium, ac ramalium
Vnibrante clypeo tegite securi caput,
Ictusque surdos feruidi solis breui
Excludite sub alta ilice; hic mecum exputo
Arcana Rufi.

Har. Solis, aut Cœli minas
Timeat Ioseph? cui catenatos agit
Ad genua radios Phœbus incuruo sinu?
Et Luna supplex nocte cum tota studet?

Iof. Sed somnianti, ac somnians tantum studet?
Pone Harmonille sarcinas, humerum leua,
Et psofer album candicans, in quo tuis
Vigilata metris, noctium nostrarum habes
Ingenia denarrata fœlici stylo.
Recita ex papyro, somnus, vt somnum vocet

Har. Amans puelli ocellos
Somnus catena amabili
Mollissimæ quietis
In seruitutem adegerat:
Sed mente liber ille
Quam maximis procursibus
Amoris, vltra Olympum
Iam castra cordis mouerat.
Hic per nouos triumphos
Prostrata ducit sidera,
Hic Sol, sororque cessit,
Nouam puello adoream.

Audi-

Audita nullo ab æuo Honoris somnia
Credatis ilthæc omne in æuum posteri;
Vndecim stellæ solutis supplicantes crinibus
Imperantem Ephebum adorant. turba fratrú, intellige.
Luna pernox cornu vtroq; dat curulem argenteam.
Somnium te, Bala, poscit, mater es vicaria.
Purpuratus inde mundi consul, autor luminum,
Ecce sol, caducus auro defluo ad pueri pedes,
Lucis abiecit Thiaram, certuant strauit diem.
Monstra rerú audis, Iacob, cóticesce, & rumina,
Non tacebit Harmonillus corde, lingua, & barbito.
Sed stultus hæc dum recito. Iosepho quies
Tenera soporis guttula inspersit sinum.
Inauguratur somniis semper nouis.
Hinc somniator audit, & nomen tulit.
Acat. Iam versipellem teneo, iam Rufus patet.
Agros coemptos in Iosephi gratiam
Vulgasse aiebat callidè, accessum parans
Puelli in animum; mobiles plumas nouæ
Superbiæ daturus, & stimulum odijs.
Iuuenilis animus igne natiuo leuis
Gloriolæ inanis ventulo in fumos abit:
Si folle ducto compleas aura pilam,
Saltu resiliet improbo, standi inscia.
At nè ille primus referet arcanum Patris,
Montemque pueri lactet adiungens sibi,
Locum antecapio. sacrum inenarrabile
Rufi renudo.
Har. Stupidus è somno redit.
Num somniasti?

Ios. Somniaui.
Har. Somnium,
(Vt moris est) regale, diuinum, beans?
Ios. Animo auolauit, abijt obscurum in locum:
Har. Excute memoriam, summa per vestigia
Visa reprehendes.
Ios. Vnus ex visis pauor,
Horrorque restat. visa non redeunt. quid hoc?
Sudore perfrigescit ignoto sinus,
Iniussæ & oculis lacrymæ inuitis cadunt.
Regredi ad paternos animus inclinat lares;
Hoc precor. Acates
Acat. Imò, quò pergas libens,
Omnem & pauorem pectore eradas tuo;
Arcana Rufi refero.
Ios. Id vnum efflagito
Acat. Parens Iacob prærogatiuam tibi
Fraterna in acie destinat, si rectè amans
Præuidit animus
Har. Hoc videret cæculus
Thamiras, amorem si parentis viderit.
Acat. Agrum coemit diuitem, compascuum;
Zephiro salubriperpeti m afflatum, patet
Solibus eois, fons vbi æternum scatet.
Ios. Nunc est canendum.
Har. Cantui præeat volo
Saltus
Acat. Tumetis vana. demissus Deo
Primum supremas prodigè grates age.
Ios. Ago, & referre cupio. Sed nos interim
Somnia canamus nostra. Nam vertunt bene
Conceptus animi partui vero imminet.
Har. Vndecim stellæ solutis

Supplicantes crinibus
Imperantem Ephebum adorant,
Turba fratrum intellige.
Luna pernox cornu vtroque
Dat cęrulem argenteam;
Somnium te Bala poſcit
Mater es Vicaria.
Ecce Sol caducus auro
Defluo ad pueri pedes.
Monſtra rerum audis Iacob.
Conticeſce, & rumina.
1 Non tacebit Harmonillus,
Corde, lingua, & barbito.

1 *His Rufus ex angulo oſtendit ſe audire.*

SCENA SECVNDA

Rufus, Taratalla paredrus patinarius Cephalus paredrus Venatorius.

VOlantem Acatem vulturem anteuolauimu
Camelo agente gnauiter. de proximo
Nunc eſt agendum copijs pedeſtribus,
Ne me ſuperbum in ſorte ſeruili efferam
Faſtidioſis fratribus, fratrum vltimum
Deiicere dum ſic ſtudeo. ſubnixus tamen
Incedit ille lætus, vt nunquam, puer.
Quam delicatè lesbijs concentibus,

Maſſi-

Masſilijſque ſaltibus fallunt viam
Ioſeph, Harmonillus à Muſis comes!
Audiuimus, ſpectauimus choream, & chorum.
Cuius recoctum centies lemna vnicum eſt.
Somnia Ioſephi: ſomnient: vigilantius
Ego ſomniorum emblemata interpres colo.
Nempè explicatu viuido fratrum gregem
Vinctum catenis, colla ſubdentem iugo
Et literatum fronte, deraſum comas
Delineandum dædalis coloribus
Curaui in albo ſchemate. hic medius tonat
Ioſeph ſuperbâ in ſede ſceptucus puer.
Interminanſque dextera ſatum graue,
Fratrum pauentū, ac ſupplicum incuruat genu.
Faxo, hæc figura certior babylonijs
Numeriſque, lineiſque, Chaldæo mihi
Fauſtum figuret exitum. hoc tamen eſt prius
Neceſſe, ſegregare ductorem Caprum
Puerili Acatem de grege. Huc Lemuré aliqué
Iuuat euocare, vt adiuuet. Sortem traho
Sex de ſigillis. Nempè ſub noſtram manum
Puſilla ceſsit patina. quid Geminos refert?
Duplicat figuram. agnoſco. Mercurius fauet,
Vncta in popina philoſophans ſubtiliter,
Vt erudita fraude conſtringat gulam.
Ergo ex popinis militem educo meum.
Patina ſuperſit amphoræ. hoc ritu Deum
Excanto. Mitte Mercuri.

Hic apparet noua Inferorum facies è longinquo prospectu; qua sublata, cernitur Culina diues instrumento, & opere coquorum, vnde prodit Taratalla Paredrus patellarius.

Tart. Missum vides.

Ruf. Video coquum elegantem. cedo nomen.

Tart. Vocor
Taratalla. num iubes?

Ruf. Epulas parari iubeo geniales. habes
Pauonem Ioseph gloriæ plenissimum,
Habes Acatem & anserem improbissimum.
Vtrumque macerabis.

Tart. Excoctos dabo
In antecænam

Ruf. Regias pelles adi
Aserij, opima Zelfa quem partu dedit,
Ibite popinæ, nulla qua fumat magis,
Immitte properum, sique cum Cephalo, vales
Iuuare causam, solis ante obitum adiuua,

Tart. 1 Solem lucernis adiuuas, dum nos doces,

Ruf. Nunc euocandus Cephalus in arenam. manus
Vt conferat. Dictinna mitte huc protinus.

Ceph. Dictina misit protinus: numquid iubes?

Ruf. Venatus vt processit?

Ceph. Attigua è plaga
Omnes abegi belluas: nuda fremit
Neptalis arena.

Ruf. Nunc retrouersis placet
Pugnare telis. nempe Neptalio Duci
Tradam te in vsus hosce venandi. feras

Ve-

1 *Abscedit.*

Venatui aduocabis in Sychemij
Aperta collis: nobili hic versutia
Lateronem Acatem auelle puerili ex choro.
Ceph. Visco aucupari belluam immanem paras.
Non sic adhæret alpium abruptis iugis
Affixa cautes, cautus vt semper studet
Iosepho Acates; non mihi deero tamen.

SCENA TERTIA

Ruben cum Chora sacrificulorum, Arualis Mysta Camporum, Symeon, Leui, Iudas, Danus, Gadius, Sabulius, Issaccarus.

Rub. IAm conuoluto Solis anfractu decem
Decies per orbes voluitur Cœlo dies,
Qua prosequutus Aetheris iussum asperum,
Contraq; spem in spem credulus natũ optimũ,
Abraham Tonanti cæde tentata obtulit,
Exinde terris genere de nostro salus
Promissa; litui, purpuræ, fasces, Mytræ;
Soboles feraces, iura famulantum vrbium,
Mundique fræna dantur, & Cœli fores.
Vnà ergo nostra iure confluxit domus
Actura grates.
Fr. om. Adsumus.
Rub. In sanctas preces

Fudisti odores?

Aru. Galbanum, stacte, atque onyx
Cum thure flagrant halitu suauissimo.

Rub. Sic nostri anhelent pectoris vota in Deum.
Sparsisse decuit floribus mundum locum.

Aru. Conspersus omnis

Rub. Iusseram, pro singulis
Natis Iacob, rite præfatus dares
Duodena ad aras corpora quaterno ex grege
(Matres notarem vt quatuor)

Aru. Ritu dedi,
Etiam sacratas victimas flammis dedi.

Rub. Simul augurare Symeo, & simul Leui
Speculare

Sym. Caput obnubito velis sacris,
Ne sparsus animus diffluat factus minor
Ad veritatem absconditam.

Leu. 1 Tripodem sacrum
Suppone; perge singulatim enuncia.

Aru. 2 Ignibus adactæ victimæ statim edito
Stridore summo turbinant volumina.

Sym. Trux ille stridor, fremitus est iure editus
Nostri doloris: angimur, quod perperam
Nato Minori subdimur.

Leu. Age quis color?

Aru. Nebulam colore liuido vndantem vomunt

Leu. Maleuolus aliquis liuet in nostrum malum.

Sym. Quid flamma? clarato nè apice, recto impet
In astra tendit?

Aru. Inuolucris turbidis

Tan-

1 *Symeon ac Leui sedent in duplici tripode.* 2 *H[...] in antro aliquo succedere à spectatoribus non v[...] fingitur.*

Tandem nigram obliquauit in terras comam.
Sym. Cæcis tenebris obrui nos admonet
Nigritia fumans.
Leu. Turbida inconstantia
Discordis iræ turbidos motus notat.
Aru. Res mira, de bidentibus supra decem,
Vnus iubatus agnus
Leu. Agnus cum iuba?
Heu me: sapit Leonem,
Aru. Vbi primum attigit
Aram, caduco labitur pessum impetu:
Leu. Labatur vsque
Sym. Pessimus pessum ruat
Aru. En ille inhæret cornibus rubo aspero,
Qui propius aræ vrgebat externum angulum
Sym. Externus est.
Leu. Et asper
Sym. Et cornu petit
Fratres vtroque, fraudolento ex angulo
Iud. Vnum in Iosephum cuncta diriorte trahunt
Vates iniqui, ac perfidi, quis non videt
Sacrum hoc Isaci victimæ simile vndique?
Aru. Sed mox reductus Agnus in sedem, imbuit
Aræ supremum verticem gratus Deo,
Vt alia nulla ex victimis nostratibus.
Sym. Gratus Deo? mentiris. est gratus seni.
Aur. Admotus igni nempe concepit leuem,
Puram, coruscam, candidam, rectam facem.
Leu. Obliquus es, nec purus
Sym. Et falsum sonas.
Aru. Hæc flamma in aere (mira res visu) dedit,
Specimen thiaræ, qualis Aegypti ad lacus,
Regale circum turbine opulentat caput.

Hæc finis esto.

Rub. Symeo hic verbo vnico

Rem comprehende. tuque rem Leui explic

Sym. Hoc est quod arte sæpe præuentum mea

Toties canebam. corniger planè puer

Iosephus est, quem supra tauros decem

Commostrat Agnus, cornibus fratres petens,

Sorti, ac parenti gratus, haud gratus Deo.

Iud. Quid in sacrorum munijs vni Deo

Sanctè peractis sors profana, quid Pater

Habere possit iuris?

Rub. Hæc signat Deus

Somnia resignans regia Iosephi. manet

Sors maior illum sede priuata.

Sym. Deus

Curet puelli somnia, aut agni fibras?

Rub. Aries quid ille vepre compunctus caput,

An non gemellus Abrahæ magni capro est?

Qui natum Isacum proxima exemit nece?

Sic eximendum crede, quem premi cupis.

Hæc monstrat æther. inde sors omnis fluit.

Sym. Hæc si fluunt ab æthere, vt stultè putas,

Quid illud ergo insigne barbaricæ Mytræ,

Iosephum adornat? nisi quod in fratres ferox

Tyrannidem exercebit arte barbara.

Isach. Si seruitutem destinat nobis Deus,

Deo resistet quis?

Sym. Tace stolidum caput.

Leu. Interpretari cælitum sensa ardua

Leuiticus labor est. Silete. aduertite.

Numerus decemplex victimæ, nos arguit,

Hoc iam tenetis, numerus auspicij optimi

Perfectus, & perfector, expers criminum.

Quid terræ adhærens agnus? est Ioseph merus
Terræ aborientis filius, spurius Gygas,
Excelsiores cornibus fratres petit:
Nos merito in ipsum more vepreti asperos.
Diadema regum dum per auras auolat,
Futurum inane quid est, facile difflabile,
Si dum peragrat compita, & campos, dolo
1 Teneatur, ac prematur infensus puer.
Sym. Gens tota pereat? Genere pro toto expedit,
Moriatur vnus, censeo, iuro, exequar.
Leu. Isthæc Danus, cum Gadio, Sabulius
Dan Gad Sab. Sentimus, ac vouemus.
Sym. Hic autem silet.
Leu. Nec Isacarus abnuit. numquid placet?
Isach. Mihi seorsim displicet, sed plurium
Sententiæ acquiesco, ne rixas sequar.
Abeamus; agri dulce nos studium vocat.
Leu. Senator est pedarius.
Sym. Humero magis
Quam corde pollet. deneget suffragium
Ruben?
Rub. Profanæ cædis horrificum nefas
Tractare sacra in veste sic Mystam iubes?
Quin longiora spatia res tanta exigit
Leu. Recedit. hominem non sinam elabi mihi.

1 *Posteri Symeonis ac Leui hanc sententiam tulerunt in Christum, quem adumbrat Iosephus.*

SCENA QVARTA

Symeon, & Iudas.

Sym. QVid ergo Iudas?
Iud. Regiam incæstem manum
Cruore fratris? apage consilium impium.
Sym. Seruire qui te cogit, hunc fratrem vocas?
Iud. Seruire cogat pauidus, eneruis puer
Ducem iuuentæ?
Sym. Iuuenis ex puero ferox
Mox imminebit.
Iud. Vota nunc stringis mea;
Aetate adauctum viribus, rebus bene
Gestis Iosephum destino ad pugnam mihi:
Seruetur ergo, dum manu dignum mea
Figi trophæum posśit.
Sym. Hybernis latet
Dum parua cunis vipera, & patrio gelu
Secum rigescit innocens, tutus celer
Excinde pestem serò medicamen paras,
Adulta cum despumat afflatu necem.
Ind. Vt qui Leonis nomen adsciui mihi
Victor leonum, cæde puerili inquinem
Famam secundo gloriæ cursu inclytam
Ad vsque Cæli marginem ex terræ sinu?
Iners, inermis, trepidus, illacrymans puer,
Reuinctus, obtruncatus, & membris lacer
Iudæ triumphus fuerit? hic martis labor,
Hæc præliantum laurea, hoc spolium Ducis?
Sym. Quid fama valeat, cuncta si cecidit salus?

Iud. Imo è salute fortiter spreta, velut
Proiecto in agrum semine adolescit seges
Semper virentis nominis. nil te mouet
Nostri vniuersi generis emergens probrum?
Fama parantur regna, quæ fama vigent
Seruata longum. Nam fides populi, ac timor
Opinione ducitur. Princeps potest,
Quia posse credunt. Quid, precor, crudelius
Optare Canaam possit in nostram domum
Fatalis hostis? fabulam æternam damus
Scenis, theatris, pulpitisque barbaris.
Sym. Quin te verendum maximè hinc hosti facis,
Si tam ferox in sanguinem sæuis tuum:
Vt omen ipsum proximæ Tyrannidis
Amoliaris; frœna; & admotum iugum
Patieris hostis?
Iud. Frœna sed patitur Dei
Atrociter vetantis indignum nefas!
Sym. Dum seruitutem excutio, nil vetitum puto.
Iud. Aliqua hunc Erymnis agitat immemorē sui.
Resumè frœna cordis, & spatium cape.
Febrem furoris sæpe sanauit mora.
Sym. Mora ingrauescit morbus hic, sæuo impetu
Statim leuatur.
Iud. Qualis heu vitij stupor
Mentis aciem exorbauit, vt numen sibi
Præsens tueri nequeat!
Sym. Vbi cautum viget
Consilium, abesse numen haud vllum potest.
Iud. Abesse Iudas poterit. abscede ocyus.
Sym. Fratrum caterua septus, atque armis potens
Reuertar. hostes crede germanos nouem,
Amicus vni pumilo.

Iud. Imo & maximo.
Fratrum Rubeno, qui ſcelus tantum horruit.
Sed vade Symeon, coge cum Leui tuo
Prædonum aduncas copias, fratres voca
Conſilium in atrox, vile, barbaricè impium.
Ne tecum Iudas lauream inficiat tuam,
Vos vnus omnes poſcit ad pugnam.

Sim. Male
Res expediuit noſtra, ni Rufus iuuet.

Iud. Symeonis ergo claſſicum Iudas ſequar?
Quid ille moliatur aut magni, aut boni?
Puerum in puſillum plumula tenerum magis.
Edat ſua iſthæc prælia, & bellum integrum
Elephantis inſtar vnico dorſo ferat,
Turrimque geſtet ducibus octonis grauem;
Me non mouebit; omnium eſfringam impetū.
Sed præſtat, vt me dextero calle ocyus
Fratrum procellæ ſubtraham; atque iram pio
Heroe dignam transferam hoſtile in caput.

SCENA QVINTA.

Iudas cum militibus, eorumque Duce Martio.

Iud. ADeſto miles, fare, quas belli fores
Cananæus hoſtis aperit ad Victoriam?

Mar. Ad mugientum ſtabula deducit moras,
Quà ſe ſupino porrigens tellus iugo

Tol-

Tollit beatum prædium, Sychar vocant.
Ibi putealis vndat; vt nusquam, latex.
Iud. Quid nostra pubes?
Mart. Cessit egregium locum
Passim fugata: nulla sed tantæ fugæ
Macula tuis inhæsit. imprudens, iners
Dum Rufus illud rarus inuisit solum,
Successit, ac muniuit in fessum iugum.
Occultus hostis.
Iud. Factus extemplo palam
In plana deturbetur, & ferro cadat.
Prior ipse iudas superet ascensu locum,
Signum effer, acies explica, Martem occine.

SCENA SEXTA.

Nephtalius cum venatoribus, eorumque duce Actæone, Rufus, & Cephalus.

Ruf. VT video, tecum & dolco, res venatica.
Tentata per te sæpius, cedit secus.
Neph. Volubili fortuna secretas quoque
Rota pererrat ludicrè Syluas meas?
Ruf. Fortuna, crede, capta venatu tuo,
Non ludet vltra.
Neph. Ludis ipse.
Ruf. Diuinam puto
Rem facere me, tam seriò insisto tibi.

Neph. Quid igitur in rem? fare

Ruf. Venantum decus
Hic Cephalus adſtat, munus adduxi tibi.
Velox, acutum, forte, Nembroti eſt genus,
Qui belluarum bella bellauit prior.

Neph. Non hunc grauatè acceperim.

Ceph. Ad votum vtere

Neph. Sed affluente ſuppetit votis mihi.
Prædator. ipſa præda deſtituit meos,
Quæ nulla campis errat.

Ruf. Hic vnus vafris
Naribus, ab vſque mille paraſangis procul
Ferarum odorem inſequitur, aſſequitur feras.

Aſt. Regionem abundè noſter olfecit canis,
Strepituſque ad omnes aure ſublata ſtetit,
Piſces in aere quæritat, quiſquis feras
Regione ab iſta quærit.

Ruf. At ſpecimen cape

Ceph. Certemus ergo: pignus in quoduis voco;
Si quid ferina ex gente nunc ſyluis deeſt

Neph. Nullũ inde damnum; certa ſpes lucri fauet.
Redeamus ergo in aleam.

Ceph. Hoc cornu aſperè
Primum ſonante, mille proſilient feræ!

Hic poteſt inſtitui venatio, dum fera hinc, atque illinc vagentur, ſi placet.

CHO-

CHORVS
Hebreorum.

NIl præclarum, excelſumque nihil
Tam fœlici ſorte ſuperbit,
Quod non præceps agat, & dubium
Trucis inuidiæ liuidus angor.
Docet hoc nimium mundi teneri
Primæua lues. Ille humani
Autor generis degener Adam,
Quo non alius munere Cæli
Terris viguit ditior vnquam
Clarus ab omni laude tenebat
Illibatæ clauſtra Volupiæ;
Stabilique dies fronte ſerenos
Lætus agebat
In delicijs Aurora tuis.
Olli mens digito ficta Tonantis
Ex auri ſolidi cælite vena,
Fulgebat ſuperis æmula Diuis,
Seque ipſa melior, texta thiaram
Virtutum varijs vndique gemmis;
Pura iuſtitiæ in veſte nitebat.
Vidit hoc cæcæ ſtygis è latebris
Nuper exutus radijs paternis
Lucifer, rebuſque hominum ſecundis;
Quam ſuis duris, magis efferatus,
Inuido rictu fremuit, recocta
Bile coruſcus.
Hinc renidentis faciem Draconis

Frau-

Fraude mentitus tacita loquacem,
Fœminam aggressus teneram doceri
Mouit in crimen facilis, venenum in
Crimine linquens.
Inde contages sceleris maritum
Coniugis nutu male flexuosum
Strinxit, in nostri generis perennem à
Stirpe ruinam.
Nimirum exuuias inuiolabiles,
Quas auro imbuerat Dædala caritas,
Et laudum vario flore lacinias
Textas ætheree stamine Gratiæ
Adam deposuit continuo miser,
Exul, nudus, inops, nullius & laris,
Hinc terra imperio numinis asperis
Cœpit dura rubis lædere posteros,
Vt quicquid patriæ est, exilium foret.
Nunc si paruis maxima confers,
Noua componens facta vetustis,
Heu quam vereor, nè quem Patris
Studium maius; maior & effert
Gratia reliquis, fraternæ illum
Furor inuidiæ ferat in præceps.
Quique polimita veste superbus,
Patria Ioseph regnat in aula,
Migret exutus, pede seruili
Actus in oras nudus, & exul.
Sic alternat Fortuna vices.

ACTVS QVARTVS

SCENA PRIMA

Taratalla Dæmon patellarius, Cephalus Dæmon Venatorius.

Tar. VNa ergo flamma aſſabimus Acatem, & Ioſeph.
Oeconomus at, quis?
Ceph. Imperat Rufus domi.
Tar. De fæce ſtabuli nempe, Myſorum vltimus.
Sic nos fatigat oneribus, iuſſis, minis.
Summi Deos ſubſellij? haud patiar; ſuas
Vocet in preces, ac vota ſtercutium Deum,
Cuius Sacerdos vappa ſcarabæum immolat.
Ceph. Nil iuſſa Rufi, ſceptra nil Rufi valent.
Valeo ipſe, & audeo ſponte, & excrucio vagam
Terras per omnes hoſticam ſtirpem Abrahæ;
Typhone Rufi præſide, qui habenas regit
Huiuſcè cauſæ.
Tar. Marte collato vicem
Duplam expleamus ergo. Nephtalio tuo
Venationem inſtitue rixoſam, efferam,
Venantiumque per tumultus, & fugas,
A puero Acatem ſegrega, partes meas
Peragam in Ioſepho.
Ceph. Nephtalis, lepuſculis
Timidior ipſis, arte quos vincit mea,
Prædas ferinas expetit, pugnas fugit.
Tar. Taratalla pugnet igitur. Aſerius mihi

Magno popinæ numini addictus, dapum
Acutus æstimator, & cultor sagax
Hac arte capitur. iubeo vegrandem dari
Vrsum coquinæ, quem per agros Dotain
Sæuire nosti.

Ceph. Intelligo: vt lurconibus
Inusitati edulij monstrum appares.

Tar. Expediet hic verò Aser ex omni grege
Sabulijque, & Gadij, nedum tui
Nephtalidis, ex promptissimum quemque.

Ceph. Hos ego
Vrsi ferocis in latebras non procul
A Dotain, deduco; vi tunc, & dolo
Disperdo Acatem.

Tar. Tunc Iosephum perdere
Meas ad artes spectat: excibo indidem
Tigranem amicum Regiæ Sychemiæ,
Qui nunc niuoso in Monte despectus latet
Veteres querelas lacrymis vrgens nouis:
Puerum hic vagantem ducet in nostram viam;
Ex monte Selmon ergo, Tigranis domo,
Iubeo niuem deferri, vt arte incognita,
Vina glaciemus.

Cepp. Dum calet res, hoc age,
Nam grex Gnatonum prodit Aserio Duce.

Discedit Cephalus, manet seorsim Taratalla.

S.C.E-

SCENA SECVNDA.

Aſerius cum Gnatonibus, & Lurconibus, eorumque Duce Vitellio, Taratalla Paredrus popinarius.

Vit. GVſtationi præuiæ ſi congruum
Cœnæ caput reſpondeat; ſapido ſatis
Dente peragemus grandia hæc ſolemnia.
Aſer. Nunquam à palato condito, & cunabulis
Ipſis popinæ. tanta lautitiæ ſtrues
Aut condiendi amœnitas genium grauem
Hilarare tam fœliciter potuit mihi.
Quis tam ſuperbè vota fortunat gulæ?
Vit. Taratalla quidam ſpontè ſe intruſit focis
Dapaticè excultiſſimus.
Aſer. Cuium pecus
Ille Taratalla?
Vit. Crede cananæum genus.
Aſer. Videatur hic Taratalla.
Tar. Taratallam vides
Aſer. Verum vnde ſemiraſe?
Tar. Subterraneis
Adſum è coquinis nempè ſuccenſis, vbi
Cum dapibus ipſe viuus aſſatur coquus.
Sed huc amicus me dedit Rufus tuus.
Vit. Dedit coquinæ ſpiritum, & vitam dapi.
Tar. 1 Agnum ſatullum lacte formoſiſsimæ
Parentis. & quo nullus hic tener eſt magis
In antecœnam marte conditum meo
Eiuſ-

1 *Intelligit Ioſeph filium Rachaelis.*

Eiusquemet in sanguine elixum dabo.

Aser. Proceres decem curabis opificio vnico.

Tar. Vna & patella ædifico centipharmacm

Aser. Quis vina promet?

Tar. Sunt quoque hæ partes meæ.

Aser. Hæc summa voti, vt Alpium vincant gelu.

Tar. Riphæa vincent frigora: ipso algu magis
Algere faciam sacculis niuarijs

Vit. Quid frigori cum sacculis? demiseris
Puteum sub altum si phalerna, hyemant satis

Tar. Sed hyeme tepida: bruma boreali gelu
Stringit lyæum melius inducta niue.

Aser. Age nix paretur. Sychimis mons imminet
Ramis Olympum verberans, Selmon vocant.
Ad huius ima spatia densatæ niues
Etiam per æstum solibus fractis gelant.
Ibi Tigranes notus ætatem exigit.

SCENA TERTIA

Gadius cum velitibus, & cursoribus, eorumque Duce Lada, Aserius, Taratalla, Rufus, Typho mutus.

Aser. SEd ecce noster Gadius septus manu
Fanet suorum; properus in Selmon volet.
Aliquis tuorum protinus.

Gad.

Gad. Qua gratia?

Aser. Vt inde vim deportet ingentem niuis,
Vini gelandi specimen ignotum dabit
Nectareus ambrosialiter hic Rufi coquus.

Tar. Saccis polito ex vimine oppletis niue
Ingesta lentè vina congelascere
Discant, fluentem bacchicè vt glaciem bibas.

Gad. Celerrimus volantium hic Ladas viam
Exhauriet foeliciter.

Lad. Iam nos putes
Redijsse; sed liquente resolutos niue

Tar. Palea frequenti corbulam introrsus preme,
Sinum & capacem splendidà obstipans niue
In humigatis linteis corbem tege.
Vmbraculo versatili demum potes
Solis grauem domare peruicaciam;
Callem breuem hàc te doceo.

Lad. Sed breuissimum
Pes iste faciet.

Tar. Sed manum nostram velim
Vrsum aduenire

Aser. Venerit, quid tum?

Tar. Volo
Parare quam lautissimè in tenerum cibum.

Aser. Sed bestiarum dentibus

Tar. Me bestiam
Voca ferarum maximam, ni percoquam
Adipalis elegantiæ monstrum nouum

Gad. Monstrabo saltū. nemore sub Dotain iuga
Notus cruento. strage, camporum metus
Delituit vrsus, excute è sylua feram.
Venator illic Nephtalis lustrat locum.

Tar. Inde aueo prædam.

Aser.

Afer. Lauream cibariam
Sceptrum & popinæ dabimus, isthæc si dabis:
Sed Rufus adstat.
Ruf. Misimus nuper coquum
Magnum popinæ lumen, ac numen dapum
Taratallam
Afer Amænum, strenuum, doctum coquum,
Ipsos vel vrsos arte miranda coquet.
Ruf. Sed alia nunc vos cura, si sapitis, coquet
Improbior vrso: somniaster aduenit
A Patre missus:
Gad. Audio, inspector vafer
Arcana discat omnia, & doceat Patrem;
Afer. Patrem relinquat? solus hic laciniæ
Paternæ adhæret, lappa acutæ cuspidis,
Pupugit amoris vepre delirum senem.
Ruf Parum est Patrem pupugisse fratres sauciat,
Quos seruituti addicit
Gad. Isthuc somnia
Iterata vergunt.
Afer. Somnia hæc genitor trahit
Sensim in vigiliam: veste coccinea studet
Inaugurari ad lauream puerum leuem
Ruf. Leuem? seuerè turgidus de somnijs
Oracla vera parturit. Regnum sibi
Iubet Harmonillũ canere grandiloquis modis,
Et vos reclini subditos cantat genu
Itinere toto
Gad. Syderum tester Patrem,
Non ante Iberum repetet Oceanum dies,
Quam somniator luscus hic mortem oppetat:
Qui solem, & astra nocte destertit nigra.
Afer. Hem. cæde fratris Gadius foedat manus?

Gad. Non vnus isthæc Gadins: fratrum omnium
Hæc vota cœtus concoquit. pereat
Aser. Ain?
Tenellus, & glabellus, & lepidus nimis?
Scutica rebelles vapulet suras, gemat:
Pœnarum abunde est puero.
Gad. Odia versat puer
Non ille puerilia.
Aseg. Abrahami sic genus
Cunctis verendum gentibus, sordet tibi?
Gad. Dum regna sic molitur in fratres pares,
Nembrotti origo est. degener Abrami exuit
Genus, & amorem; barbarus, & hostis cadat
Aser. Germani amor me vincit, ac flectit retro;
Deus ista viderit aliquis, vt cœnam interim
Bene præministret, Rufe, Taratalla hic tuus;
Ruf. Meum caue ne dixeris. cessit tibi
Donum, atque munus inclytum.
Aser. Excipiam libens.
Ruf. Verum, vt sequatur illa: quo ducant, tua
Taratalla (tardum sæpe nam durat caput)
Asep. Mollibo durum fustibus; noui modum
Coquos coquendi.
Ruf. Falleris, temnit minas,
Ictus retundit, auius visum effugit.
Patina hac pusilla, mysticis pollens notis
Si tu susurro perbreui olli insibiles,
Habes paratum: nec tuis iussis eget.
Aser. Cogit redire in perfidam Satanæ fidem
Cultu improbato: vt venerer impuros Deos?
Ruf. Vbi res ita ferat; vndecumque commodum
Habeas, teneto. Nam bonus lucri est odor
Quacumque tandem ex re.

Aser.

Aser. Meo fœtet Patri
Odor iste. Quid Germane nunc suades mihi?
Gad. Paulisper vtere, seruiat ad vnam diem,
Nam luce reddes crastina
Ruf. Nisi patinam
Cures receptam, nullus in promptu est coquus.
Aser. 1 Edulijs quam male me inescauit suis?
Cedo mihi patinam; sed resumes crastino.
Violanda si sunt iura, violentur breui.

1. *Hic Typhon subtili, atque longo serico fauces Aserij ligat.*

SCENA QVARTA

Ioseph, Acates, Harmonillus, Gabelus Nuncius Isaaci.

Ios. Lacerna in isthac esse me viaria
Iubes, Acates? turba dum fratrû nitens
Pompas decoras veste fulgenti exhibet?
Acat. Non iubeo, verû adhortor, vt nimiû decus,
Fastumque vt omnem rebus amoueas tuis,
Nè fratrum alescant odia.
Ios. Sed Rufus tamen
Alia docebat, crimini apponit, togâ
Turpare vili grande sacrorum decus.
Acat. Hæc ille amore, ac genere disiunctus docet,
Sacrorum & hostis; contrà Acates censeo
Edu-

Eductus, educatus, exortus domi
Simul, & sacris imbutus Abrami ad fidem,
Ita me docebat Genitor hac ipsa in domo
Fide, ac labore notus Eufrati quoque:
Namque, inde duxit forma & ætate integram
Auiam tuam Rebeccam in Isaci thoros.
Donarium ille immane bis quinis tulit
Vectum Camelis, vestium pompam auream,
Gemmisque inaures ponderosas indicis,
Clamydesque pictas, & mœandratis plicis
Laciniosas bissinis adeo leues,
Textas vt auras, sericas nubes putes:
Regum beatas, Cœlitum nè dicam, opes.
Har. O si tuum isthuc somnium Ioseph daret
Regalia in tributa fortunas pares!
Ios. Sed quo Gabelus nuncius ab Isac Patre
Nostri parentis?
Gab. Ad Patrem
Acat. O carum caput
Ecquid noui affers?
Gab. Affero antiqui senis
Mentem exaratam literis.
Acat. Rimas agunt
Arcana vestra?
Gab. Quin & aperiunt fores.
Isac ruens ætate, viuendi satur
Defectus animi viribus, sortis suæ
Oracula scitatum adierat Numinis,
Atque inde noscens, paruulos soles sibi
Superare, Iacob rogitat, vt coram pius
Properante fato gaudium extremum ferat.
Harm: Num quid benignus mentis ex voto vltime
Auus Iosepho legat?

Gab: Atque illi vnico
Legat superba dona, nempe illas opes
Quas tuus (Acates magne) progenitor tulit
Iuueni Rebeccæ
Har: Veritas in fabula est;
Opes modo istas ore tractabat Pater.
Gab. Nominis Ioseph omen implesti modo
Eras pusillus tantulus, nunc es Gigas.
Ios: Cucurbitarum laude me cumulas satis
Gab: Puer hic (Acates) fata maiora inchoat
Vestrâ in familia, vera si noster canit
Diuinitus qui multa diuinat senex:
Vnum in Iosephum rapitur Isacius amor.
Har: Volo recinatur somnium, Ioseph, tuum,
Nam fata iam præcipitat ad metam spei.
Ios: Quæ nam ex propinquo turba, puluereo idē
Turbine prehensum rapuit;
Har: Exclamat miser
Gab: Arturus est, Nephtalij notus comes,
Qui dum ferarum spolia venatu petit,
Vrsi petitus dente, Lethales modo
Dabat querelas.
Acat: Nempe cognata mihi
Stirpe, atque amore proximus: medicam manū
Ex arte subito ad moueo; vos pueri, precor,
Sic, sic, gradatim anteite iam nostis viam.
Ios: Abiit Acates? Sanguis obriguit mihi
Har: Iam nil verere; tendit in Sychem via
Mihi nota dudum, facilis incessu, ac breuis.
Ios: Fratrum scelus tu nominas, dum nuncupas
Sychem; cruenta cæde fædata est fides;
Quid si luenda hic pæna nunc restet mihi?

SCE-

SCENA QVINTA.

Rubenus, Leuius.

Rub. SVbire tantum dedecus, tantum nefas?
Auditu inhorreo. ducere quietem potes,
Nec tibi cruenta fratris oppressi fugat
Imago somnos?
Leu. Somnium fratris mihi
Somnos fugauit potius; vt redeat quies
Nempè hunc tumultum cieo.
Rub. Maiorem Deus
Dabit tumultũ. proximam haud pœnã times?
Leu. Non pœna semper; sæpius pretiũ, ac decus
Crimen sequuntur.
Rub. Dirus est tortor sibi
A crimine animus.
Leu. Imò dum fibris latet
Vindicta inausa, nec foras prodit nefas
Tum vero acerbus, inquies, sibimet grauis
Torquetur animus.
Rub. Vera quia virtus abest.
Vltio voluptas mentis exiguæ, decet
Imbelle pectus fœminæ.
Leu. Haud credas virum;
Exerere vires qui negat segnis suas.
Quæ causa belli iustior, quam iniuria?
Remouere at illam spectat ad magnos duces.
Rub. At ego sacrorum præses, vt Cælo litans
Superum ex ministro, carnifex fratrum fiem?
Aetate præeo, scelere nè sequar quidem.
Leu. Nempè ille Ruben alter in terras datus

E Cælo Enoccus, innocens, purus; negem?
Me vel recessus intimi cubilium
Redarguent.
Rub. Bene arguis. mecum exputo
1 Consilia, & artes solus; absiste hinc precor.
Hostri doloris cardinem mouit ferus.
Hæc est Erymnis tergori insultans meo.
Ex quo me amoris peste correptum graui
Iuuenilis egit ardor in patrium probrum,
Irae paternæ, numinis mixtus furor
Noctes, diesque pauidum in incerto tenent
Nè præsidendi iure natali exuar.
Documétum apertum ex Esau nostra in domo,
Qui Principatus sorte natiua, & bonis
Patrijs repulsus asperos montes colit,
Vagus ferarum more; sic natu prior
Nolens minori seruit: hinc altè mihi
Sedet paterni amoris amissas vices
Reparare meritis. ergò dum casus viam
Aperit paternæ gratiæ, libens sequar.
Puerum innocentem, dulce delicium patris
Fratrum imminenti è cæde distractum asferā
Sed quo periclo propius accedet puer,
Hoc magis amica, & grata succedet salus,
Inopina, nostro & opere quæsita vnico.
Fraternus ideo prodeat quodam tenus
Furor in Iosephum; quem premi, non opprim
Sinam; propinquá è clade subreptum occulá
Patrique reddens reddar antiquum in gradú

SCE-

1 *Abit lenius*.

SCENA SEXTA

Sabulius cum nautis, & vectoribus mercium maritimarum, eorumque duce Sergesto; Simeon, & Rufus.

Sab. BEne ſunt coempta hæc omnia.
Serg. Ingeſta hæc ſcias
Loco ſaburræ, lauta ſydonij maris.
Adeò inatantum ſobole viueſcunt vada.
Vt grandis inde præda dulcacido gelu
Sallita vili, plebis extinguat famem.
Sab. Sed qua ſubinde merce tranſlata accidunt
Fælicius compendia?
Serg. E noſtris odor
Plantis anhelans, maximè ad quæſtum facit,
Alabaſtro vt vno, purpuræ vim maximam
Tibi compararis.
Sym. Ain? conſite Acate huc puer?
Ecce alia clades.
Ruf. Cladis inuerti minas,
Nam puero ademptus in manus noſtras cadet.
Sym. Maturus aræ taurus hoc gladio cadet.
Adiunctus hædo. merce ſed pollens maris
Sabulius adſtat.
Sab Cuncta in Aſerij domum
Celeranter aſportate: feſtus hic eat
Recens perempto à ſæculo natus dies.
Sym Niſi natus alius cæde perimatur noua,
Nos perpetim exigemus atratos dies.

Sab. Volueris eodem ſemper; in alia ego omnia.
Vos ite campis, vallibus, ripis, iugis
Quantum eſt odorum legite mercale in lucrũ.
Serg. Non licet. Iudas bellicam inſtruxit manum,
Iuſtique Martis more quadratum mouet
Agmen per agros. cæca ni noſtros via
Tutos dediſſet; mercium quicquid vides
Ciuine, an hoſti dubito, certè militi
Ceſſiſſet omne
Sab. Tanta quæ rabies dedit
In arma Iudam?
Sym. Somniaſter puſio
Quem ponit vnum præ omnibus Iudas ferox,
Nam dum modo illi vota reliquorum in necé
Pulli huius exordentis expono, ilicet;
Flammeſcit ira, noſmet in pugnam vocat
Spirans procellã, & turbiné. hinc toto impetu
Nimbum ſonantem ferreo incurſu dabit.
Ruf. Ego fecialis, ſpero, componam ducem
Picta hac papyro. cerne.
Sym. Quid?
Ruf. Somnium
Ioſephi aperta in luce propoſitum ſatis.
Sab. Oſtende
Ruf. Noſti temet?
Sab. Ego ne vt pedem
Geram annulatum? nempè ſeruorum infimus;
Ruf. Hæc ſomnioſus ille, non ſecum modo
Vigilans volutat, loquitur, explanat, canit,
Sed per colorum lumina ad viuum tulit,
Quæ mox in actum referat, vbi primum ferat
Fortuna, & ætas feruida.
Sym. Occidat.

Sab. Occid t
Puer execrandus.
Sym. Osor & fratrum.
Sab. Sym. Occidat.

SCENA SEPTIMA

Ioseph, Harmonillus.

Ios. TOtis aberras semitis, campis, plagis
Har. Egone vt aberrē? prata sūt isthæc syché,
Sunt Sychima isthæc pascua, hoc certè tibi
Decies repetij.
Ios. Centies ego lynceis
Oculis notaui cuncta, non hic sychimas
Experior auras.
Har. Panneis, reor, oculis
Nebulas notasti potius: intus, & in cute
Comperta mihi sunt ista; tractaui ego
Falce, ac ligone viscera & faciem loci.
Ios. Vbi ergo fratrum nota contubernia?
Har. Quid, si arte magica euanuerunt? syderum
Potens Mythrane sæpè fallebat meos
Oculos in aula Regis. haud fallor.
Ios. Tamen
Colle in sinistro fixa erant tentoria
Balaniorum Principum.
Har. Veracibus
Signis aperta tradis. hinc ad dexteram
Sinuosa vallis liberis Zelphæ dabat

Humiles penates.

Ios. Harmonille, verticem
Illum propinquum inscendito, & certò refer
Ex visu, an vltra marginem aduersum iugi
Habeat noua statiua nunc fratrum chors.
Ego hac pererro.

Har. Destinatum da locum,
Quò nostrum vterque cõfluat tandem ex via.

Ios. Biuium cauernæ nostra sit sedes, eò
Tandem gradum reduco.

SCENA OCTAVA.

Tigranes, Ladas, Harmonillus, & Ioseph.

Tig. QVò spectat niuis
Tanta hæc cupido? sẽper Abrami genus
Rerum nouarum satagit, æternum inquies.

Lad. Imò hoc repertum plebe de vestra attulit
Taratalla quidam.

Tig. Nominis monstrum est mihi
Taratalla; toto in Canaam tale est nihil.

Lad. Est in popinis, est in atris furnulis
Coquus superbè doctus, & vinariæ
Scholæ magister. vina saccato è gelu
Molitur, vt per pocula algentissima
Hunc auspicemur feruidè festum diem.

Tig. Dente, ac palato sæcla vos distinguitis.

Lad.

Led. a Retinete vobis festa confusanea.
Tig. Fortuna si quem inspexerit placidis semel
Oculis, iniquè faciat, aut rectè, omnia
Olli secundo pariter euentu meant.
En post cruenta excidia Sycheniæ domus,
Cuius ego auitos ritè curabam lares,
Proles Iacob scelere truculento calens
Sine lege fœlix, iuris, ac diuum insolens,
Magis, magisque super fluentibus bonis,
Procax choreis, cantibus, ludis, litans
Genio, ac Volupiæ, Regnat, atque id[illegible]
Nostra sagina corpus impunè obruens,
Festos regurgitat, & superfœtat dies.
Dum taminati Iuppiter mundi arbiter
Flammis trisulcis in meos montes furit,
Anno peracto nulla vindictæ micat
Scintilla siuè cælitum siuè Inferum
Studio excitata. perfida fratrum in dom[illegible]
Tranquilla rident omnia. Humanis rear
Adesse numen rebus?
Ios. Omnes ego vias
Et non vias calcaui.
Tig. In agro puberem
Video vagantem. fallor, an deni gregis
Illius est ouicula? quid vastos male
Agros pererrans quæritas?
Ios. Fratres meos
Exquiro; nostri pascitent vbi greges?
Tig. Dudum loco cessere.
Ios. Quònam igitur iter
Habuere?
Tig. Secum colloquentes audij;

a *Discedit cum niue.*

Eamus hinc in Dotain.

Iof. Fœliciter
Tibi vertat isthuc gratiæ.

Tig. Hinc præsens iter
Cape ad finiltam. dexterum è Cœlo nihil
Eueniat, oro, perfidis, crudelibus.
Sed Harmonillum maneo. cessauit diu,
o aduoco. Harmonille. *Echo. ille.* Nũ subitum
o resultans voce respons t mea? (ad sonũ
eto. Harmonille nó redibis. *Echo. ibis.* Rem
t:me iturũ rustica hæc vates monet, (nouá
me videt iam progredi. verum explica,
Hoc vnde cóperisti? *Echo. peristi* habeto id tibi.
ed affer hoc distinctius: Ego vnus simul,
An vterq. nostrũ dabimur in funus. *Echo vnus.* sa-
Inepta es: ipsa insomnia euincunt probè. (tis
Tua semidicta; nam meam sortem canunt
Palmæ futurã similé in excelso cadés. *Echo. ca-*
Cadet Iosephus? concidet prærancida (*des.*
Tua ista diuinatio. In scrobem cadam,
An in lacũ. *Echo. lacũ.* deblatteras nugas meras;
Exucta planè lacubus hęc regio caret. *Echo. aret.*
Forte lacum in aridum asseris dandũ fore (*est.*
Iosephũ? At hostis hoc loco nullus mihi est? *Ech.*
Vni hęc noualia possidét fratres. *Ec. fratres* mala
Vt tãta fratres destinét fratri? *Echo. atri.* forent
Atri, atque atroces. siste iam mendacia (tas,
Lingua temerata. *Echo rata.* si rata hęc nobis pu-
Garrire tandé desine, & dic quo die. *Echo. hodie*
Nimis Echo nos repulsat ex arte. horridam
Mihi vim timoris noxio incussit sono.

Har. Ioseph?

Iof. Quis hic?

Har.

Har. Ne pertimesce. voculis
Seruus iocabar semirasis.
Ios. Haud decet
Seruum male augurari herili filio.
Har. Vanum augurari collibet lingua tenus,
Aliud gero sub pectore augurium optimum.
Ios. Taciti feramur Dotain: fratres ibi
Degunt gregatim, nuper vt docuit senex.
Har. At quo se Acates referet ignarus viæ?
Ios. Imò remixtus ipse Nephtalij choro
Præoccupabit gressibus notam viam.

SCENA NONA.

Symeon, Leuius, Rufus.

Sym. Bene est. tenetur clausa tenebroso specu.
Præda expetita.
Leu. Nempè Acates.
Sym. An parum
Id esse censes?
Leu. Cassibus quibus?
Ruf. Trucis.
Vrsi capillis, nempè, quem dari sibi
Taratalla iussit, Cephalus, & iussus dedit.
Sym. Mactetur ergo, festus id poscit dies.
Ru. Cymmeria in vmbra, ac fece, ductorē vt decet:
Male somniatum.
Sym. Mutuo nè animo calet.

Rubenus?

Leu. Ex palpare nil certi ex Duce
Vsque adeo licuit. lentus Harpocrati litat,
Dubiumque, mediumque exhibet se partibus.
Ceu de statera fata suspendat pari.

Ruf. Impono lanci pondus hoc leuissimum,
Colore pictam somniorum fabulam.

Sym. Reliquum est, Iudá flectere, hic nó somniat.

Ruf. Similes per artes victus, in partes vigil
Trahetur. vbi se viderit de regia
Spe deuolutum, more mancipij, ad pedes
Pueri insolentis. ira succendet iecur:
Iam colla quassat, & galeritis comis
Aera flagellans, vindicem exertat manum;
Sed cæpta dudum causa Nephtalij prius
Ad exitum euoluatur,

SCENA DECIMA.

Nephtalius cum venatoria præda. Rufus, Symeon, Leui, Typhon mutus.

Neph. ABrupi efferum.
Fati tenorem. belluarum nobilem
Gentem subegi pariter, ac viles greges.
Iam nec trophœum tale, venantum Deus,
Nembrottus vnquam fixit.

Ruf. At Cephalo omnia.

Non.

Non tu refers accepta?

Neph. Quid Cephalo? mea

Syluis, & agris victus est hostis manu,
Hostis timendus cornibus, dente, vnguibus,
Setisque, spina & missili, saltu, & fuga.

Ruf. Nulli ergo quando est vsui noster cliens,
Cephalus, abibit.

Neph, Abeat.

Ruf. At nullum prius
Pretium ex labore capiet?

Neph. Excursu vago
Gaudia recepit magna.

Ruf. Mercenarij
Operam locatam nempè mercedem vocat
Nouus iste computator.

Neph. At pretium mihi
Soluat, pro adempto nempè venantû optimo.
Nam stetit ab illo causa, cur vulnus graue
Acciperet Arturus.

Ruf. Sed elusit tamen
Dictamo Acates vulnera, & damnum abstulit.

Neph. At ille dederat: morte mulctandum reor.
Vos ite. Cephalum huc sistite, vt pœnas luat.

Ruf. Non capitur istis retibus ultur meus.

Neph. Iam iam subacta cuncta camporum mihi
Cessere: vici. spolia syluarum omnium
Animata cœpi. nunc mihi Iudas suos
Iactet triumphos, militum partos manu,
Mea hæc peregi dextera.

Ruf. Præco sonat,
A pede salutem, robur à lingua petens.

Leu. Absente Iuda gloriabundus tumet,
Præsente detumescit, vt nebulæ vapor.

Sym. In tempore aditas Nephtali, Iudæ obuiam
Occurris opportunus. illo hostiliter
Fratres adurget agmine instructo.
Leu. Duces
Sic Iuda ab vno præliantum maximo
Tutaris omnes; vincis & in vno omnia.
Ad. Nusquam videre est Cephalum, abijt, euanuit.
Ruf. Iudæ potentis ductus in partes vacat.
Neph. Iudæ? dedisti, Rufe; tu munus mihi.
Ruf. Dedi, sed ille subripuit se.
Neph. Hominem aduoca.
Ruf. Non audit ille.
Neph. Obaudies sed tu mihi.
Abripite Rufum.
Ruf. Possides regnum domi
Viuo parente?
Neph. Reddito actutum mihi
Cephalum, sine illo non mihi litui sonant,
Non miles audit signa, non vires valent.
Ruf. Necessitas extorsit à lingua improba
Verum improbatum: buccinæ notæ ad datum
Sonitum sequetur Cephalus.
Neph. At qua buccina
Clangente ducitur?
Ruf. Pusilla hac: voculas
Immurmurabis pauculas. munus cape.
Neph. Idola præcantata concentu mago
Rursus vt adorem?
Sym. At vsus ita fert,
Leu. Cape
Præsidia vitæ. classicum Iudæ audio.
Neph. 1 Accipio, nè vno scelere sim tantú nocés.

SCE-

1 *Typho capit Nepht. filo serico.*

SCENA DECIMA.

Iacob, Gabelus Nuncius Isaaci.

Iac. QVam multiformi casuum textu Deus
Mortalis internectat ætatis vices;
Iacob vnus genitor, & coniux simul
Vnius anni sorte permixta docet.
Coniux Rachelem funere inopino obrutam
Nostro, cor ipsum ex pectore auulsum gemo;
At genitor inde prole bis dena inclytus
Duodena ceu per signa complexus viam
Iam Solis omnem, temporis regnum occupo;
Ne moriar omnis, parte perpetuus mei;
Sed faustitatis alia nunc perennia
Bene auspicatus celebro; delicium animi,
Et cura princeps pectoris Ioseph mei
Cui prætimebam indocile fortunæ caput;
Fœlix comata in fronte corripuit puer:
Nec terga vertet illa: sic fixit vagam,
Longæuus etenim literis Isaac nouis
Accersit illum, meque, vt antiquas opes
Cum vernularum plebe, seruitio, ac nuru;
Puerum iubeat habere concessas sibi.
Igitur ephebum adduco præcidens moras;
Vt cuncta noti iuris, ac certi fient;
Sed mihi cor etiam palpitat puerum super;
Fraterna nequid peccet in miserum manus;
Consistere loco nequeo, Gabele,
Gab. Impera.
Iac. Si lautus & curatus opipara es dape?

Gab. Dapaticè, ac regaliter; Abrahami domum
Agnosco.
Iac. Patrem inuiso. tu cursu præi
Ad liberorum pascua. Iosephum mone,
Tecum vt reuertat. tesseram fidei cape.
Gab. At quo reducam?
Iac. Sede gestatus breui
Sequar ipse properans, mox vbi mediam viam
Secat Clientis commodum hospitium mei,
Inter Sychen & Dotain, viantibus
Commune biuium est; maneo vos. abi ocyus.

SCENA VLTIMA.

Iudas, cum Militibus, eorumque duce Martio, Rubenus, Rufus.

Iud. QVis credidisset tam supina ignauia
Agitare belli studia Cananæos Duces?
Rub. Seruile genus est, sæuit in miseros, dolis
Pugnat, latronum more: si cedis, ferox
Insultat. instas fortiter? dabit manus,
Genuque prouolutus ad nutum tremet.
Iud. Nostræ Phalangis subitum ad aspectú, tubæ
Primorem ad ictum, pectora inuasit stupor,
Horror, tremor, confusio, tumultus, fuga.
Vbi venimus, vbi vidimus, iam vicimus.
Rub.

Rub. Quæ præda Martis?
Iud. Prædium, ac puteus Sychar.
Ab omni aquarum laude celebratus latex;
Syriæ vniuersæ qui potest vnus sitim,
Leuare cessit iure bellorum mihi
Rub. Grator merenti, & auguror palmas nouas
Fratrum ex cohorte.
Iud. Damna fraterna haud meum.
Martem impiabunt.
Rub. Fama sic illos habet,
Hanc à Iosepho stare bellantum manum;
Iud. Male habet in armis fama vos ista.
Rub. Optimè,
Mihi crede, habebit illa, si sonitu modo,
Non re valebit fama; nam frænat trucem
Fratrum furorem, parricidales manus,
Qui puero inermi, innoxio iamiam inferent.
Iud. Prohibebo dirum facinus, insistam minis.
Excurre miles arua, terrificam incute
Vim continenter.
Mar. Rufus admitti expetit.
Iud. Rufus? Gnato parentis? è stabulo hostium
Canis relictus, nostra qui rodat bona?
Abige, facessat.
Rub. Machinam intendit aliquam
Fraudũ architectus, proditor patrię, ac Patris
Mar. Regni atque vitæ grande momentũ monet.
Se afferre fido nuncio.
Iud. Admitti placet?
Rub. Tuum est iubere.
Iud. 1 Siste, ne abscedas. placet.
Ruf. Inuicte Mundi domitor, Assyriæ tremor,
Cuius

1 *Rubinus discensum tentat.*

Cuius vel ipsa fama bellantis Asiam
Debellat omnem, tuque (nam merito Deus
Adesse nunc te iussit) assertor togæ,
Nulli secundus gloria, & natu prior,
Quale in periclum vestra mittatur domus
Accipite. vestros melius hæc oculos docet
Pictura: vos potestis acrem iniuriam
Opprimere in ipsis noxiæ cunabulis.

Iud. Quid esse monstri hoc dixeris, Ruben?

Rub. Ioseph
Solio superbit regio, & fratres iugo
Seruili adactos sordido luctu premit.

Iud. Hæc vnde?

Ruf. Ab vno premere qui cunctos parat,
Superbiamque è somnijs captat vigil.

Rub. Cur ergo Patri grande non aperis nefas?

Ruf. Iudice Parente qui potest fieri nocens
Vsquam Iosephus!

Iud. Ista quid veri notant?

Ruf. Puerilis altum somnij mysterium
Nudatum apertis sensibus Iudas vides.

Iud. Quid inde? neque ego somnijs vanis premor
Vigilans; ferocem nec puer terret virum.

Ruf. Sibi quisque somnum, ac somniū ex vsu facit;
Quæ cogitas interdiu, hæc noctu vides;
Ambitio si diurna per somnum furit
Tam luctuosa, & effera: hoc ergo puer
Ex corde vobis destinat vigilans male
Incogitata, inausa, truculenta, impia.

Rub Quo magis inusitata, & effera hæc spectacu-(la
Sunt, quo caninis rictibus diras magis
Scurra cananæus fundit: hoc sanè minus
Credibile factum narrat. imminuit fidem

Excelſitas facinoris. vt placidus, tener
Hos puer in animos ſurgat? hæc excogitet
Simplex, ab arte nudus, omni vſu carens,
Quæ vix profundæ mentis Hermetes darent?
Iud. Pictore ſed quo fretus? Abrahami in Domo
Nullus figuris, nullus eſt ſignis locus.
Sceleſte; ſapiunt generis hæc artem tui.
Rub. Cubile fraudis excutit Iudas bene!
Ediſſere. à quo pingier iuſsit nouam
Membranam Ioſeph? addubitat, expallet.
Ruf. Domi
Ancilla quondam Roxanæ, Sychemiæ
Reginæ, (vt omnes artis articulos tenet)
Puero obſequuta viuidis coloribus
Interpretati ſomnij hanc formam edidit.
Rub. Tace nefande; num Gynecæum domi-
Noſtræ ſacratiuus adoleſcenti patet? (nus
Iud. Imò peregrina eſt fœmina, & noſtræ hacte-
Ignara linguæ; te vnico ex interprete
Factum id fateris: ſiſtite infidum caput.
Ruf. Abſiſte miles; ad Patrem prouoco.
Rub, Iud. Patris
Nos adminiſtri.
Rub. Maximus fratrum, reum
Læſi parentis innocenti in filio
Edico te, te damno.
Iud. Lictor age, caput
Dona ſecuri. Patris ex voto cadet
Falſificus actor filij, tortor Patris,
Fratrumque perturbator, euerſor domus!
Rapite nocentem: ſanguine huius pharmaci
Luſtrentur agri, niteat Abrahami genus.

CHORVS

Hebreorum.

Esse quid dicam? faciem serenam
Solis æstiui subito flagellat
Nubilo Caurus redimitus imbre.
Cui nouam tristi capiti procellam
Parturit Auster?
Vera si nostri docuere patres,
Fama nec iactat bibulos nepotes,
Luce, qua primum tenebrosa lætam
Nox diem fregit pauitante Phœbo.
Nubium ignotas furias, nouosque
Fulminis ictus
Luce nempè illa petijsse fratris
Fertur Abelis iugulum Cainus,
Hinc procellosi pluuius Tonantis
Fluxit in terras furor, euocante
Fulgur, & flabra, & tonitru, & procellam,
Sanguinis imbre.
Hæsit ad primum facinus, cruenti
Mors adhuc facti rudis, ac renitens,
Fronte subducta, atque oculo retorto ex
Horruit æther.
Candidi pridem sine labe Soles
Sæcla fundabant rutilante in auro
Donec, atratum ad facinus nefasti
Fratris, obscuro inuidiæ colore
Palluit orbis.
At nunc similis Cœli faciem

Pallor inerrat, ſimileſque minas
Pronus in enſem iactat Orion.
Quid vaticiner! cui portendunt
Monſtra ruinam? Puer Abelis
Indole florens, æuum innocuum
Ducit Ioſeph.
Num fraternæ hic patet inuidiæ,
Sed fugit animus credere tantum
Crimen in animos ſerpere fratrum.
Sed ſuſpicio non fugit; inſtat
Alio, atque alio rumore grauis.
Heu nos miſeros. Omen ſuperi
Vertite in hoſtes;
Nè ludibrio veſtrum, in populos
Iactare queant. En domus illa
Inſtauratrix mitis Abelis,
Tam cara Deo, denos nutrit
Vna Cainos.

ACTVS

ACTVS QVINTVS

SCENA PRIMA.

Martius cum militibus, & lictoribus. Rufus. Ludius Dæmon Saltatorius.

Mar. Deuenimus. suprema nunc tandē ordina
Officia, Rufe.
Ruf Meruit hoc ergo labor?
Quo postputatis commodis patrij soli,
Nataliumque Principum spreta fide,
Totum sacraui memet Isacidnm bonis?
Mar. Non pro labore, aut commodis ex te datis
Extrema pateris, Rufe; pro scelere impio,
Quo proditorum pessimus, deprehenderis
Discordiarum internecinus artifex:
Abrumpite moras.
Ruf. Temporis punctum, precor;
Dabis, vt supremū spiritum in Coelum erigam;
1 Hoc experiri restat è nostris dijs,
Subsidia si quæ præsto sint. mitte ocyus
Apollo.
Lud. Misit ocyus. numquid iubes?
Ruf. Hinc amoue me ad Sarmatas.
Lud. Partes meæ
Sunt saltitare. cœterum moueo nihil.

Ruf.

1 *Lyram paruam excantatam profert.*

Ruf. Actum est, perijmus. ludor in summis malis
Seruate me dij patrij. pacta vt iubent.
Lud. Ducere choreas Phæbus, & Musæ iubent:
Neque munus aliud pacta Mythrane exigunt.
Mar. Hé quid? scelestus, transfuga Tonátis, Deos
Babylonios eduxit accentu mago,
Nudate corpus, radite à fibris pilos.
Occulta nè vis aliqua adhærescens cuti
Jnuulneratum reddat, expertem necis.
1 Manete. quid voluminis pectus premit?
Autoritatis publicæ apparent notæ.
Desiste ab ictu. vosque seruate hunc breui:
Iudam alloquutus, iussa mox referam.
Ruf. Nouos.
Mihi cruciatus destinat Cœlum efferum.

1 *Apparet Chirographum.*

SCENA SECVNDA.

Ioseph, & Harmonillus.

Ios. ATtigimus oras Dotain.
Har. Clamor sono.
Redintegratus musico aures attigit.
Ios. Agnosco modulos Melidij.
Har. Agnosco meum
Dulcem Orpheullum, cuius harmonicu melos
Non publici est saporis.

. Aduenies choro

Ios. Gratus.

Har. Choreis non, ita labo. ans traho

scrupos per istos iam cruentatum pedem.

Nisi pectus hæc lagena placasset meum,

Sub fasce desperatus iniusto dabam

Cum bile flaua spiritum Diti nigro.

Ios. Bene monuisti, fasce te tanto leuo.

Albo, ac rubenti discolor textu chlamys.

Aptanda membris: prome:

Har. Muliebrem integrum.

Hæc vna mundum continet pueri chlamys.

Ios. Inua. lacertis admoue.

Har. Sed iusserat

Non admouendam, si memini, Acates tuus.

Fraterna nè odia moueat adamantis Patris

Tam regia ostentatio, Inuidiæ parens.

Ios. Non dedit Acates iussa, consultor fuit.

Index honoris dignitas erit togæ

Non fomes iræ.

Har. Fomite haud fratres egent.

Accensa dudum corda flagrant plus satis:

Ios. Baccatâ & auro, & gemmulis cydarim refer.

Har. Tuus vel auro crinis est aureus magis,

Aurum intererrat aurum. vt auras diuitet.

Ios. Hunc fascem in vnum colliga hæc.

Har. Factum bonum.

Sic me volebat onere deposito leuem;

Quid si caballi, aut nauigij onerarij

Operam locassem? capite transsumat calor.

Non hoc leuamen, aliud ex alio est onus.

Ios. Quid Harmonille obmurmuras tecum?

Har. Nihil.

Ios.

Iof. Ego te viarum cerno iam lassum satis:
Volo partiamur sarcinas: nolo senem
Fieri ante tempus te ex meis incommodis.
Har. Neq. hoc decet te facere, neq. me istud pati.
Iof. Mane.
Har. Manebo serui in officio.
Iof. Cedo,
Inquam, lacernam; sic mihi suaue est
Har. Erit
Mox insuaue,
Iof. Sic volo, iam, iubeo sic.
Har. Obstare iussis nequeo. Dominum, proh dij,
Quam suauem habemus?
Iof. Maximum natu Ruben
Salute primum impertiam. natos Balæ
Exinde nostræ prosequar. Zelphæ, ac Liæ
Cum Sobole mihi non conuenit, colam tamen.
Har. Male sit Liæ, ac Liadibus, & male Zelphicis,
Nam Zelpha gibberosa; nam lusca est Lia,
Quæ ventre partum eia; nil vltrà valet.

SCENA TERTIA.

Martius, Iudas, Rufus.

Mar. SVprema dū thoracis ad collum explicat
Aptans securi carnifex Rufum, cadunt
Isthæc soluto de sinu chirographa.
Noua iussa lictor ad necem expectat.

Iud.

Iud. Bene est.
1 Expectet vsque. *Pradium, & puteus Sychar*
Cum stillicidijs (sicuti sunt, ita sient)
A seruitute liberum, instructum domo,
Vti maximum est, vti optimum pratis, satis.
Vendente Emorre, sceptra qui Sychem tulit,
Centum nouellis ouibus à Iacob Patre
Emptus Iosepho est.
Ocyus Rufum aduoca.
Labor ergo noster, & arma, quæ victor tuli
Cessere puero? sic Pater peragit vices,
Sic ordinem æui seruat, & merita æstimat?
Ego mihi fortis, alteri fœlix ero?
Sed somnianti puberi indulget Parens,
Mihi excubanti publicis semper bonis
Vitamque in armis exigenti duriter,
Vt tuta pax, secura contingat domi,
Quid nunc reponit? subijcit puero Ducem;
Vnciola nos ex asse ne attinget quidem.
2 In acta quis hęc retulit?
Ruf. Cernis fidem
Solemnitate publica acceptam, ac datam;
Sunt, teste me, peracta. Sic iussit Pater.
Neque est quod addá præter hęc tibi. Cœterũ
Longos paterni amoris annales quię os
Euoluere; sed aperire secreta haud decet
Mihi tam benigni Principis, cui debeo,
Quod spiro. valeo, placeo, si Iudę placet.
Iud. Seruate Rufum innoxium; dum vos noui
Aliud quid admonuero,
Ruf. 3 Redijt spiritus.

Iud.

1 *Legit verba Chirographi.* 2 *Adest Rufus.*
3 *Discedunt alij cum Rufo.*

Iud. Fortuna nimio ſuſtulit plauſu caput
Nati minoris & merita, & annos ſuprà,
Fœlicitate laſſus à cunis puer
Super affluente Patris indultu, trucem
Superbiam deſtertit in ſomnis quoque;
Fratrum ergo turba iure non modico furit
Offenſa Patri in filium peſſumdato.
Nobis vt atra à cœde fraternas manus
Inhibere viſum eſt; premere ſic altum caput
Neceſſe habemus, tollere aſpectum Patris,
Extraneaſque puberem in mundi plagas
Eliminare iuuerit; diſcat prius.
Seruire, qui regnare nimio opere expetit.
Maiore quod ſi fato ineluctabilis
Fortuna pueri grande regnandi decus
Olli parauit, meque in extrema notat
Cera Potentum; non emet paruo meos
Ioſeph triumphos, incruentos non dabo;
Redeat beata ſorte ſubnixus, trahat
Peditumq. & equitũ turmã, & agmẽ, vt lubet,
Trahat Gygantum copias, Cœli metum;
Medios per hoſtes cædibus aperiam viam
Magnamque in haſtam nixus vnum illum petã,
Ignobili ſub dente non moriar leo.

SCENA QVARTA

Ruben, Symeon, Leui. Iudas, Sabulius, Isaccarus, Danius, Gadius, Aserius, Nephtalius, Chorus Cantorum, & Chorus Saltatorum.

Aser. IN anteceſſum prandij, quo ludicro
Sint tranſigenda gaudia illuſtri hoc die,
Velitis, ac iubeatis.
Rub. Hic tuus eſt labor,
Conuiuij Rex ieſto.
Aser. Num placet nouum
Cantum experiri ſomniorum interpretem?
Omnes. Placet.
Sym. Sed aſſa voce, & organico impigris
Nudo choreis, non placet.
Isac. Paſtoridem
Dabit Choream (Rufus vt docuit) mei
Prati iuuentus, quem manipulum nuncupant.
Dan. Quid ſit, tenemus.
Gad. Manipulum ſaltet chorus.
Vnus Cant. Audite fratres ſomnium;
Somnium canto meum.
Ligare nos putabam
Noſtro ex agro manipulos.
Sed noſter eminebat
Toto ſuperbus vertice.

Cui

Cui ritè supplicabant
Fasces in orbem cernui.
Ista fratres somniabam:
Explicatę insomnium.

Repetit ista cantor, & ludius vnus saltat ad numerum, dum alij ad numerum etiam afferunt, & componunt manipulos.

Cho. Cant. Sunt hæc somnia, fabulæ,
Quæ sit vera vigilia
Accipe tandem.
Eliduntur aristulæ,
1 Summi frusta manipuli.
Calcantur valido pede;
Sic superbus opprimatur,
2 Sic teratur arrogans.

Sym. 3 Ni fallit acies me, superbificum gradum
Huc somniaster noster addensat.

Omnes fratres. Bene est.

Leu. Da missionem ludicris subito. Ruben.

Rub. Satis est amici. valle vos ima vocat
Venatus apris inclytus, nobis loco
4 Cedite parumper. quisquis es, præter duces,
Exesto.

Dan. Somniarcha adest.

Gad. Ex tripode adest.

1 *Dū hæc repetuntur, fit saltatio cōculcans ad numerū.*
2 *Recedunt cantores, & saltatores.*
3 *Ostendit se uidere ex loginquo.*
4 *Discedunt omnes, præter fratres.*

Raphanus aruſpex, & profetaſter Faba;

Iud. Oculata noctiluca cæcultans die.

Iau. Aculeatrix lappa, quæ Patrem ferit.

Sab. Præſtigiator vappa,

Aſer. Ganimedes adeſt
Morphei

Neph. Vigiliæ talpa, ſomni lynceus.

Leu. Paſſer mulierum, ludius fatui Patris;
Rachelianus catulus.

Sym. Imo leunculus
Oculis retectis dormiens, ergo ante quam
Vnguibus adultis ſurgere in cædem queat,
Cædatur ipſe.

Leu. Proditor fratrum cadat.

Sym. Calumniator perfidus cadat;

Omnes. Cadat.

Iud. Sed cogitandum eſt ſedulo, qua nam via
Facinus trahatur, vt ſenem lateat Patrem!
Puerum petenti quomodo occurres?

Sym. Fera
Peſſima vorauit filium, Iacob, tuum:
His cauſa ſuſtinebitur dictis bene.

Dan. Tum vero apertè pateat, & puero, & ſeni,
Quid glorioſa inſomnia hæc frugis ferant;

Rub. Prohibe cruentam, quæſo, lanienam;

Iud. Hoc ago;

SCE-

CENA QVINTA.

Harmonillus, Iosephus cum aliis fratribus.

Iof. AGe dum: cape isthæc. Harmonille, aduenimus.
Ha. Ego me ad Melidiũ; melle vt extinguat famẽ.
Iof. Natu Rubenum maximũ; hinc magnos Duces
Fratres iubet saluere germanus minor.
Neph. Verbis minor. Superbia ter maximus.
Dan. Esse in salute me tua superi vetent.
Gad. Satis est mihi tuæ salutis, nil moror.
Sym. 1 Hac tu salute dignus.
Iof. Heu numquid Iacob
Sunt hi parentis liberi, fratres mei?
Leu. Fratrem exuisti, regias ex quo induis
Tunicas:
Iof. Parentis Dona sic damnas?
Sym. Parum est
Damnare; nam mulctabimus crimen quoque.
Iof. Quod, quæso, crimen?
Leu. Augur es: per somnium
Inquire. diuinabis.
Iof. In miserum quoque
Ludis?
Sab. Tyramnum in somnijs nam te facis.
Iof. Est ergo crimen, somnium.

1 *Vrgent, ac repellunt* Iosephum.

Dan. Si vigilia
Insomnio sit concolor, verum exprimet
In nos Tyrannum.
Ios. Quæso, quid nam barbarum
Molitus vnquàm mente, nedum dextera?
Quem non colebam promptus imperijs puer?
Hæc astra testor.
Neph. Astra, quibus in nos tibi
Sceptra, & secures arte fabricasti noua.
Ios. 1 Etiam ne Dane, ac Nephtali? non sic parens
Vos Bala docuit; altera genitrix mihi.
Vestra in Rachele hæc sæpe cantata est fides?
Dan. At nos ituros sub iugum cantas prior.
Neph. Vaticulus excantator insani senis.
Ios. Alij canebant potius, & vos, plumeo
Metu pauentes.
Sym. Solue nos ergo metu.
Moriare.
Ios. Moriar? heu miser, quantum scelus
Est somniasse? mortis id pœna luam?
Ad quod tribunal? damnat heu fratrū cohors:
Expecto id etiam, vt carnifex frater fiet.
Sym. Nunc probus es ariolus, ab hoc ferro cades:
Ios. Heu fratrer in te facere quid potui miser?
Sym. Quod facis in omnes.
Ios. Si quid erratum est, mone:
Vt corrigatur.
Sym. 2 Regulam hanc primum tuæ
Ceruici vt admouebo: correcta omnia:
Nil amplius peccabitur.
Ios. Si quid potest

Fra-

1 *Expoliant Iosephum tunica.*
2 *Exerit gladium.*

Fraterna pietas: si quid humanæ valet
Sensus miseriæ: parce nunc primum, ac semel
Misero, obsecranti, supplici & fratri precor.
Leu. Sed obseratis auribus mandas preces,
Aser. Quis temperaret lacrymis?
Dan. Languet furor.
Sym. 1 Trunco alligetur, nostro ab aspectu procul,
Ne faciat oculis, auribus, & animis dolum.
Ios. O si videres Genitor. heu cur nunc abes?
Male me abdicasti à latere diuisum tuo?
Melius Acates monuit. heu natum Pater
Queis credidisti? tygridum immiti gregi.
Sym. Decernite in commune, quod mortis genus
Deceat Tyranni præcocis fragrans nefas.
Leu. Primum eruantur lumina.
Sym. Auspicium probum.
Sab. Somno ille cæcus crimen in lucem extulit,
Repetere pœnam sceleris à cæco decet.
Ios. 2 Index honesti, criminum vindex Deus!
Qui cuncta cernis. cæcus hoc vnú haud vides?
Et si vides, id sustines lentus tamen?
Gad. Flagrante voto turpe seruitium omnibus
Per sydera intentauit, æternas faces
Ardentis Aetrhæ: flagret incensus.
Aser. Flagret.
Ios. Saltem Iosephum cerne mortali gelu
3 Miserè trementem. dexterá huc quæso Pater
E Cælo amicam porrige. en vires labant.
Sym. Sæuijt in omnes, omnium vltrices manus

1 *Alligatur fune non breuissimo.* 2 *Genuflectit.*
2 *Cadit cernuus, vt Christus in Horto.*
4 *Posteri Symeonis, & Leui fuerunt occisores Christi in primis.*

Sentiat, ad ictum Symeon primus citum
Ensem recludit.
Leu. Alter à primo est Leui.
Iud. Quònam scelesti ruimus? o serpentibus
Ingenia diriora; nam concordia
Est maior illis. parcit agnatis Hydrus
Virgata maculis.
Rub. Strage quis vidit feras
Genere propinquas furere per proprium genus!
Non iste mos leonibus, non est lupis.
Iud. Seruate in hostes arma, seruate integras
Dextras, & iras barbarum in Canaæ genus.
Vnica Abrahami libera, & florens domus
Suo peribit scelere per cædem efferam?
Sym. Ergo vt perennet libera, in cunis quoque
Macta tyrannos.
Dan. Abrahæ genus sumus,
Et nemini seruiuimus; reges pares.
Sym. Hunc ergo tolle. *Alii* tolle. tolle tolle.
Iud. Tollatur quidem.
Sed non cruentis manibus; audite. specus
Laxat profundum latice siccato sinum
Deserto in agro squalidis vmbris latens.
Ios. 1 Surgamus. animo pectus impletum est. nouo
Numinis ad auram precibus excitam meis.
Iud. Ibi prorogata morte, consumptus fame
Pereat sine atra cade.
Ase. 2 Si pereat, sat est. *Omnes alij.* sat est.
Ios. Eamus alacres, flere iam mortem est pudor,
Quin morte dignum reputo, qui refugit mori.
Iud. Vnde hausit animos? fortiter nimiú est miser.
Ios.

1 *Surgit alacer.* 2 *Soluunt Iosephum, & ducunt.*

Iof. Si Naufragantum littus est mortis sinus;
Non ille miser est, qui subit portum prior.
Leu. Mitte philosophiam.
Sym. Perge veloci via.
Iof. Qua me, nec hostis traheret immanis, via;
Calco sed illam tutus ad Proauum à Patre,
Sinu ex Iacobi pergo in Abrami sinum.
Rub. Faxo, vt Iacobi redeat in gremium prius.

SCENA SEXTA

Typhon, & Michael Arcangelus è nube.

Typh. Vicimus. in vno decora virtutum omnia
Puero iacente strauimus. sceptrũ gero
Castris in ipsis hostium; Abrahami in domo;
Vno in puelli vulnere infixi senem,
Qui nos sepultos voluit effosso in specu.
Reuiximus: nunc ille tumulator graui
Lucta sepultus sæculum incœpit nouum.
Sed non trophœum fiximus totum tamen;
Obtegitur vmbris ille, qui arcana eruens
Cœlo renudat nostra, delator Patris;
Sed vmbra non dum est; vota iá portũ vident.
Sed non tenent facinora; pietate scabra
Fatum inquinare tentat indocilis Ruben.
Sed tentat auras sistere, vt cœpi semel,

Sic ire persto. Abelis excisi nefas
Tyro peregi, pergo, veteranum vt decet.
Promulsis isthæc mortis exuctæ nouam
Mihi pinguioris pabuli exacuit famem.
Sine sanguine haud cænabo, nec desunt coqui
Fratres fauentes: gustui alludunt meo:
1 Iuguletur ergo, contrucidetur puer,
Desæuiamus.
Mich. Siste furialem impetum.
Typh. Heu
Vindex potentum prohibet.
Mich. Et quis vt Deus?
Typh. Agnosco vocis stridulum antiquæ sonum:
Qui me stupore perculit, cum essem puer,
Ex quo, caducum pondus, in præceps rui.
Mich. Satis est furoris.
Typh. Non furor. terror, dolor
Furit per artus.
Mich. Perge damnatum in cahos,
Iras paternas numen exercet suis
Latè benignum: flectitur merito Patrum.
Et corripit, non diripit, si quos amat.
Typh. Abijt: opinor, meque victorem iubet
Re prorsus incruenta, & infecta vndique
Abire. nil est iuris hic nobis: tamen
Superauit aliquid. Rufus. hunc, quando nihil
Hic faceret ex re Tartari, mecum traham,
Sine comitatu regna non repeto mea.
Alta scelestum ex rupe præcipitem dabo.

SCE-

SCENA SEPTIMA.

Ruben.

QVamquam salutis certus assertor sciam,
Mox auferendum puberem innocuum neci:
Remouere ab oculis non tamen nostris queo
Specimen peracti sceleris, & nostri pium
Sensum doloris. Nobiles tergo manus
Postquam reuinctus ante præruptam stetit
Ioseph lacunam: inhorruit primo impetu,
Suspiriumque cordis ex alto trahens,
Gemitum sonans profudit in riguas genas.
Sed subito adauctus mente meliori, polum
Complexus oculis, fulgida impleuit rosa
Vultum serenum: qualis instanti tremens
Procella Olympus, Sole si aduerso excipit
Lucem hospitam, venustior rediјt dies,
Gratius anhelat roscido Zephirus sinu,
Meliorque ridet frontis æthereæ color.
Stetere fratres pectore attonito parum:
Tum scelere Symeon durus, e Cœlo vocat
Hic somniaster vndecim stellas, ait:
Videamus, an cum Sole, cum Luna ferant
Olli salutem prono adorantes genu:
Nam regem adorat sic domus Abrahæ suum:
Hæc fatus ille, puberem inpulsu prior
Agit in profundum. accurro cum Iuda ocyus;
Aliјque funem postmodum arreptum manu
Leni regentes, opere deiјcimus pari.
Cecidit sui securus, ita facie stetit

Obuersus astris. Astra sed vultu truci
Ceu facinus auersata fuscarunt diem
Nouis tenebris. maior at menti meæ
Caligo inhæsit, arte qua puerum extraham
Tanto in periclo tutus à fratrum manu?
Hæc consulenti summa consilij placet.
Dum fœderatum mutuo circum mero
Feruebit Epulum; clanculo abductus, specum
Reuiso, puerum educo, perduco ad Patrem,

SCENA OCTAVA.

Aserius, & Fratres alij excepto Rubeno, Nuncius Ismaelita.

As. QVando hic opaco frondium textu nemus
Interplicatum pendulis vmbris diem
Frangit, & amica Flora suffulcit thoros
Vernante luxu. Si placet in ipsum hunc locum
Mensæ afferentur.
Omnes. Per placet.
Vnus ex fratribus. Video haud procul
Agmen grauatum merce,
Nunc. Præsto hic, Gadi,
Cameliones Ismelitas habes;
Si quis velit per mercium alternas vices
Versare lucrum, nunciet.
Iud. Faciant moram.

Non

Non longam. Amico numinis fato, reor,
Hos aduenire. adeste. quid quæso iuuet
Necasse nostri sanguinis partem optimam?
Nam quos triumphos fratris interitus dabit?
Præstat profectò puberem venundari.
Pœna hæc superbo crimini faciet satis,
Regnare voluit? seruiat,

Aser. Si seruiat,
Sat est. *Omnes* Sat est.

Iud. 1 Eamus, extrahamus de lacu.

Sym. Cape Isacarre, mille discerptam modis
Hædi nouelli sanguine infunde hanc togam;
Mitte hinc, vel ipse potius hanc defer Patri
Puerum vt voratum pessima credat fera.

Isac. Tantum laboris ferre non nostræ est opis;
Mittam camelo nuncium exprompum illico:

1 *Dat clamidem Iosephi.*

SCENA NONA.

Rufus, Harmonillus, Thypho Mutus.

Ruf. Vitamnè ducis Rufe? non credo id mihi,
Vix me integrum seruare maiores dij
Potuere: sensus occupat stygius sopor,
Quos ingrauauit mortis afflatæ stupor

Heu,

Heu, heu, reflauit aura, retrorsum dare
Lacerata vela cogimur. Spolijs tamen
Cedimus onusti, & cedimus nostrum in solum
Natale. Cœlum hoc grauius est, ferit caput.
Har. Spes, Harmonille, tota iam cecidit tua,
Ioseph cadente: quidquid interfulserat
Felicitatis, ludicrum morphei fuit
Variantis. ò rerum vices; modo Rex eram,
Per me creatus musico accentu, & lyra,
Sum nullius nunc iuris, expunctum caput.
Sic ego Iosepho somniante profundius
Condormiebam musicos rhoncos agens.
Ruf. Sed Harmonillus fata conqueritur sua:
Mecum hunc reducam.
Har. Ferrea ò nimium aurei
Nostri puelli fata. quos ille, heu, miser,
Iugulauit homines? cuius effregit domum?
Proditio quænā facta? quod nam incendium?
Quæ sacra, quæ delubra diuum polluit
Sanctus per omnia vesticeps? Symeon, Cyclops
Fœdifragus, atrox, carnifex, lanio sacer,
Victor triumphat: tota scelerosa est domus.
Nam cur Iosephum prodidit? fuerat probus.
Ruf. Rectè Harmonille loqueris: impuram domū
Puri execremur; perge iam mecum comes,
Patrios lares reuise ab exilio redux.
Har. Cui patria nulla fuerit, esse exul nequit.
Non ego tamen recuso: vertamus solum;
1 Istud poetis quadrat, & cantoribus.

1 *Thyphon ducit illos.*

SCENA DECIMA.

1 *Symeon, Mercator, Ismaelita cum Camelionibus, Ioseph.*

Sym. SEd summa pretij haud constat: vt prædam feras,
Semunciam adde: bis decem siclos mihi
Paulo ante pactos, exple.
Merc. Inexplebilis cpuin
Etiam inter Abrahæ posteros regnat fames?
Non hæc tuorum fama maiorum fuit.
Ios. En cui coemit iugera immensa hæc Parens,
Iam vendor ipse. sceptra progenitor dabat.
Fratres catenam,
Merc. Mitte tristitiam puer
Si læta fuerit seruitus, non seruitus
Erit illa, sed licentia, & regnum merum!
Ios. Vtinam minus me amasset infœlix Pater;
Patria valeto.
Merc. Melior Aegyptus tibi:
Ne metue: pare numini, & rerum vices
Committe fatis.
Ios. Fata si non accidunt,
Sed certa dantur numinis nutu mei,
Non pareo, sed sponte procurrens sequor.

1 *Hæc Scena videtur omittenda.*

SCENA VNDECIMA.

Rufus, & Harmonillus insidentes Camelo, quos ducit tandem Thyphon in præcipitium.

Ruf. Satis vltionum est. Abrahæ emuncta est domus,
Ruso exprimente quidquid eximij fuit,
Captiuum Ioseph pepuli in Aegyptum: manet
Nos in Mythrane Regia pretium, ac decus.
Huius ibi nostræ fabulæ catastrophem,
Qui modo canebat somnia illa Episodica,
Cantabit Harmonillus.

Har. Et quicquid voles.
Nam musicorum fata, victorem sequi.

Ruf. Sed calcitrosus quadrupes insolitè furit.
Quid hoc?

Har. Ruinæ ne sit augurium, vide.

Ruf. Quo ferimur?

Ruf. Har. Heu collabimur.

Ruf. Pereo.

Har. Occidi.

Extra proscenium succedit ruina.

SCENA VLTIMA.

Iacobus. Chorus famulorum. Gabelus, & Nuncius fratrum.

Iac. QVod agmine impedito, & incessu grauis
Itinera moliar, Esau fratris vetus
In me querela est, quam libens etiam fero,
Nam tuta ego præ feruidis semper tuli;
Et nunc habere, atq. agere me summas decet
Grates Tonanti, quod nouo accitu Patris,
Partem mei potissimam, puerum optimum
Fraterni agonis puluerem; ac fati aleam
Extra, repono: iniuriæ in Ioseph meum
Symeon ab omni parte suspectus mihi est.
Hæc nempè regio est ipsa, qua, me nescio,
(Immane facinus) concito fratrum agmine
Sychimos in agros aduolans Regem senem,
Iuuenemque natum regis, atque vrbem eruit
Dinæ vltione barbara, infida, impia.
Quam timeo, ne nos vltor à tergo Deus
Aliquando poscat? sed Iosephum, innoxium
Certè relinquet. Videone ad læuam hospites
Gradum admouentes? protinus famuli ad iter
Properate cũcta.accingite.en Ioseph prope est.
Video Gabelum accedere, at lentum nimis.
Quid hoc? recusat poscere affatum dolens;
Expone. vbi Iosephus? est rectè, an secus
Puero! tacere pergis?
Gab. Hic nouit magis,
Et non tacebit.

Nunc. Liberi, Iacob, tui
Ex Dotain me nuncium allegant tibi,
Laceras ferentem vestis exuuias. petunt,
Videas an illud filij spolium tui
Fuerit.
Iac. Colores artis & mirus labor
Pallam Iosephi nuntiant, dubio procul:
Heu quid cruore manat? effare ocyus
Vnde hæc tulisti fragmina cruentè oblita?
Nunc. Non longe ab ipsis pascuis Sychem chlamys
Per confragosum callibus ruptis agrum
Passim cruentis vulsa membratim rubis
Nuper reperta est. inspice
Iac. O dirum malum.
Hæc tunica nati est. teneo sydoniam mei
Trabeam Iosephi. teneo simulacrum necis.
Fera deuorauit pessima Iosephum meum.
Meum Iosephum pessima vorauit fera.
O me parentum in filijs miserrimum.
Gab. Adeste famuli. ferte tranquilla manu
Sellam cadenti. commodú accubitum premat.
Iac. Heu, nate, morimur, sæua te laniat fera,
Me sæuiore dente discerpit dolor.
Cho. Decor heu quantus Gentis Isacidum.
Amor heu quantus Patris Iacob.
Occidit, heu, heu. Patrem, heu, quantus
Agitauit amor, dolor, heu, tantus
Patrem exagitat.
Amor ò Amor, ò dolor, dolor.
Iac. Heu cur Acatis fida consilia expuli?
Ego te peremi nate. dum nostro procul
Latere abdicaui. bestijs natum Parens
Obiecit. in me belluæ insano impetu

Ingruite: vacuus ſcelere, ſum tamen nocens;
Quod odia fratrum vt mitigem, natum dedi
Iræ ferarum, Commodis nati ſtudens,
Mortem paraui filio ſtultus parens.
Vbi corpus illud aureum? afferte; vltimam
Dabo ſalutem. lumina occludam: oſcula
Extrema figens regio tumulo inferam:
Ceruice noſtra pendeat carum caput.
Quo me dolore percitum inſtigat furor?
Heu ſuauiantis oris extremas vices
Rictus ferini ſpumea ingluuies dedit.
Dedit ſepulcrum venter immundæ feræ.
Fera, heu, vorauit peſsima Ioſephum meum
Meum, heu, Ioſephum peſsima vorauit fera.
Ch. Heu nos miſeros! non ergo ſatis
Noſtris fuerat cladibus vnus
Aeſtus amoris?
Inſtat rabies ſæua doloris;
Dupliciaguntur corda furore.
Ruit in flammas effuſus amor,
Dolor effuſus lapſat in vndas.
Humor fibris aruit imis:
Sic ardet amor.
Sed cor totum fluit ex oculis,
Sic dolor vndat,
Dum ſic vno in pectore pugnant
Frigida calidis, humida ſiccis.
Redit in priſcum cordis miſeri
Natura cahos.
Heu nos miſeros!
Amor ò amor, ò dolor dolor.

FINIS.